CurateND

UNIVERSITY OF NOTRE DAME | HESBURGH LIBRARIES

Revising the Rite of Adult Initiation: The Structural Reform of the Ordo Initiationis Christianae Adultorum, Ordo Catechumenatus per Gradus Dispositus, 1964-1972

David Andrew Pitt

Publication Date

19-04-2007

License

This work is made available under a All Rights Reserved license and should only be used in accordance with that license.

Citation for this work (American Psychological Association 7th edition)

Pitt, D. A. (2007). *Revising the Rite of Adult Initiation: The Structural Reform of the Ordo Initiationis Christianae Adultorum, Ordo Catechumenatus per Gradus Dispositus, 1964-1972* (Version 1). University of Notre Dame. https://doi.org/10.7274/f1881j94m45

This work was downloaded from CurateND, the University of Notre Dame's institutional repository.

For more information about this work, to report or an issue, or to preserve and share your original work, please contact the CurateND team for assistance at curate@nd.edu.

REVISING THE RITE OF ADULT INITIATION: THE STRUCTURAL REFORM OF THE *ORDO INITIATIONIS CHRISTIANAE ADULTORUM, ORDO CATECHUMENATUS PER GRADUS DISPOSITUS*, 1964-1972

VOLUME III

A Dissertation

Submitted to the Graduate School

of the University of Notre Dame

in Partial Fulfillment of the Requirements

for the Degree of

Doctor of Philosophy

by

David Andrew Pitt, B.A., M.A.

_____

Maxwell E. Johnson, Director

Graduate Program in Theology

Notre Dame, Indiana

April 2007

CONTENTS

APPENDIX A: REVISIONS TO THE PRAENOTANDA 569

APPENDIX B: OFFICIAL REVISIONS TO THE ORDO CATECHUMENATUS GRADUS DISPOSITUS FROM 1965 TO 1969 614

BIBLIOGRAPHY 739

APPENDIX A

REVISIONS TO THE PRAENOTANDA

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
1.Omnibus adultis, audita annuntiatione rnysterii Christi, Spiritu Sancto cor eorum aperiente, scienter et libere Deum vivum quaerunt aggrediunturque fidei et conversionis iter, Ordo initiationis adultorum destinatur: cuius ope et in praeparatione sua spirituali auxilio munientur et tempore opportuno sacramenta ipsa fructuose recipient.	1.Omnibus adultis qui, audita annuntiatione rnysterii Christi, Spiritu Sancto cor eorum aperiente, scienter et libere Deum vivum quaerunt aggrediunturque fidei et conversionis iter: Ordo initiationis adultorum destinatur: cuius ope et in praeparatione sua spirituali auxilio munientur et tempore opportuno sacramenta ipsa fructuose recipient.	1. Ordo initiationis christianae, qui infra describitur, adultos destinatur, qui, audita annuntiatione mysterii Christi, Spiritu Sancto cor ipsorum aperiente, scienter et libere Deum vivum quaerunt atque fidei et conversionis iter aggrediuntur. Eius ope et in praeparatione sua spirituali auxilio munientur et tempore opportune sacramenta ipsa fructuose recipient.	1. Ordo initiationis christianae, qui infra describitur, adultis destinatur, qui, audita annuntiatione mysterii Christi, Spiritu Sancto cor ipsorum aperiente, scienter et libere Deum vivum quaerunt atque fidei et conversionis iter aggrediuntur. Cuius ope et in praeparatione sua auxilio spirituali munientur et tempore opportuno sacramenta ipsa fructuose recipient.
2. Non constat solo ordine celebrationis sacramentorum Baptismi, Confirmationis et sanctissimae Eucharistiae, quibus neo-conversi fiunt christiani, sed omnibus etiam ritibus catechumenatus, qui usu perantiquo Ecclesiae probatus, hodiernae activitati missionali omnibus in regionibus aptus, ita undequaque postulatur, ut Concilium Vaticanum II decreverit ut denuo instauretur et recognoscatur traditionibusque locorum aptetur.	2. Ordo initiationis adultorum non constat sola celebratione sacramentorum Baptismi, Confirmationis et sanctissimae Eucharistiae, quibus noviter conversi fiunt christifideles, sed omnibus etiam ritibus catechumenatus, qui, perantiquo Ecclesiae usu probatus, hodiernae activitati missionali omnibus in regionibus aptus, ita undequaque postulatur, ut Concilium Vaticanum II decreverit ut denuo instauretur et recognoscatur traditionibusque locorum aptandum.	2. Ordo enim non constat sola celebratione sacramentorum Baptismi, Confirmationis et Eucharistiae, quibus noviter conversi fiunt christifideles, sed omnibus etiam ritibus catechumenatus, qui perantiquo Ecclesiae usu probatus, hodiernae activitati missionali omnibus in regionibus aptus, ita undequaque postulatur ut Conc. Vaticanum II decreverit ipsum esse instaurandum et recognoscendum traditionibusque locorum aptandum (Const, de S. Lit. 64-66; Decr, de activ. mission. Eccl., 3A; De past. Episcoporum munere, 14).	2. Ordo enim non constat e sola celebratione sacramentorum Baptismi, Confirmationis et Eucharistiae, sed ex omnibus etiam ritibus catechumenatus, qui, perantiquo Ecclesiae usu probatus, hodiernae operositati missionali omnibus in regionibus accommodatus, ita undequaque postulatur, ut Concilium Vaticanum II decreverit ipsum esse instaurandum et recognoscendum traditionibusque locorum aptandum.[1]

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
3. Quo melius accomodetur activitati Ecclesiae et condicioni individuorum, paroeciarum et missionum, Ordo initiationis exhibet tum formam completam et communem multorum praeparationi aptam tum formam uni soli appositam, tum formam breviorem edoctis et iam praeparatis sufficientem. Forma autem, qualiscumque sit, attendit ut dispositio graduum respondeat structurae initiationis seu candidatorum itineri.	3. Quo melius accomodetur activitati Ecclesiae et condicioni individuorum, paroeciarum et missionum, Ordo initiationis exhibet formam completam tum communem, multorum praeparationi aptam tum uni soli appositam, quae habitualiter adhibendae sunt utpote normativae. Praeterea, pro casibus particularibus, offert formam simpliciorem, in qua ritus uno tractu absolvitur; denique formam breviorem pro iis qui versantur in periculo mortis.	3. Quo melius accommodetur activitati Ecclesiae et condicioni individuorum, paroeciarum et missionum, Ordo initiationis exhibet in primis formam completam seu communem, multorum praeparationi aptam, ex qua pastores accoaimodatione simplici obtinent formam mil solo congruam. Deinde, pro casibus particularibus, exhibetur tum forma simplicior, quae vel uno tractu vel pluribus celebrationibus absolvitur, tum forma brevior pro iis, qui versantur in periculo mortis.	3. Quo melius componatur cum labore Ecclesiae et cum condicione individuorum, paroeciarum et missionum, Ordo initiationis exhibet in primis formam completam seu communem, multorum praeparationi aptam (cf. nn. 68-239), ex qua pastores simplici accommodatione obtinent formam uni soli congruam. Deinde, pro casibus particularibus, praebetur tum forma simplicior, quae vel uno tractu (cf. Nn. 240-273) vel pluribus celebrationibus absolvitur (cf. nn. 274-277), tum forma brevior pro iis qui versantur in periculo mortis (cf. nn. 278-294).
I. DE STRUCTURA INITIATIONIS ADULTORUM 4. Decursu initiationis, in quo opera Ecclesiae, actio Spiritus Sancti et adlaboratio candidatorum concurrunt, insignis progressio notanda est. Sunt veluti gradus seu portae, quibus apertis ad tempora definita acceditur. Gradus seu portae sunt: ingressio in catechumenatum per Ordinem ad catechumenos faciendos, electio seu inscriptio nominum ad proximam sacramentorum celebrationem, ipsa denique initiationis sacramenta. Tempora autem, his gradibus definita, sunt catechumenatus, tempus purificationis seu illuminationis, tempus mystagogiae post celebrationem sacramentorum.	I. DE STRUCTURA INITIATIONIS ADULTORUM 4. Initiatio catechumenorum evolvitur in medio communitatis fidelium qui, valorem mysterii paschalis una cum catechumenis ponderantes et propriam conversionem renovantes, exemplo suo inducunt eos ad Spiritum Sanctam liberalius obsequendum.	I. DE STRUCTURA INITIATIONIS ADULTORUM 4. Initiatio catechumenorurn evolvitur in medio coinmunitatis fidelium qui, pretium mysterii paschalis una cum catcechumenis considerantes et propriam conversionem renovantes, exemplo suo inducunt eos ad Spiritui Sancto liberalius obsequendum.	I. DE STRUCTURA INITIATIONIS ADULTORUM 4. Initiatio catechumenorum fit progressione quadam in medio communitatis fidelium qui, una cum catechumenis pretium mysterii paschalis considerantes et propriam conversionem renovantes, exemplo suo inducunt eos ad liberalius Spiritui Sancto obsequendum.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	5. Ordo initiationis aptatur spirituali adultorum itineri, quod varium est secundum gratiam acceptam, actionem Ecclesiae, libertatem catechumenorum et adiuncta temporis et loci. A prima de Deo investigatione usque ad sacramentalem Christi occursum magna parcurritur via.	5. Ordo initiationis aptatur spirituali adultorum itineri, quod varium est secundum gratiam acceptam, liberam ipsorum cooperationem, actionem Ecclesiae et adiuncta temporis et loci.	5. Ordo initiationis aptatur spirituali adultorum itineri, quod varium est secundum Dei gratiam multiformem, liberam ipsorum cooperationem, actionem Ecclesiae et adiuncta temporis et loci.
	6. De gradibus - In hac via, praeter tempora investigationis et maturationis (cf. infra n. 7), sunt "gradus" seu gressus, per quos catechumenus progrediens veluti portam transit vel gradum ascendit. a) Primus habetur, quando, ad initialem conversionem accessus, vult christianus fieri et catechumenus ingreditur. b) Secundus, quando, provecta iam fide et catechumenatu fere absoluto, admittitur ad sacramentorum et intensiorem praeparationem incipit. c) Tertius, cum, perfecta praeparatione spirituali, sacramenta accipit quibus christianus initiatur. Tres ergo sunt gradus seu gressus vel portae, quae habenda sunt uti momenta maiora seu densiora initiationis. Qui tribus ritibus liturgicis signantur: primus per Ordinem ad catechumenum faciendos, secundus per electionem, tertius per celebrationem sacramentorum.	6. De gradibus. - In hac via, praeter tempora investigationis et maturationis (cf.. infra n. 7), sunt gradus seu gressus, per quos catechumenus progrediens veluti portam transit vel. gradum ascendit. a) Primus habetur, quando, ad initialem conversionem initialem accedens, vult christianus fieri et ab Ecclesia ut catechumenus recipitur. b) Secundus quando, provecta iam fide et catechumenatu fere absolute, admittitur ad intensiorem sacramentorum praeparationem. c) Tertius cum, perfecta praeparatione spirituali, sacramenta accipit quibus christianus initiatur. Tres ergo sunt gradus seu gressus vel portae, quae habenda sunt uti momenta maiora seu densiora initiationis. Quae tribus ritibus liturgicis signantur, primus per Ordinem ad catechumenum faciendum, secundus per electionem, tertius per celebrationem sacramentorum.	6. In hac via, praeter tempora investigationis et maturationis (cf. infra n. 7), sunt "gradus" seu gressus, per quos catechumenus progrediens veluti portam transit vel gradum ascendit. a) Primus habetur, quando, ad initialem conversionem accedens, vult christianus fieri et ab Ecclesia ut catechumenus recipitur. b) Secundus, quando, provecta iam fide et catechumenatu fere absoluto, admittitur ad impensiorem sacramentorum praeparationem. c) Tertius, cum, perfecta praeparatione spirituali, sacramenta accipit quibus christianus initiatur. Tres ergo sunt gradus seu gressus vel portae, quae habenda sunt momenta maiora seu densiora initiationis. Qui gradus tribus ritibus liturgicis signantur, primus per Ordinem ad catechumenum faciendum, secundus per electionem, tertius per celebrationem sacramentorum.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	7. De temporibus - Gradus autem adducunt ad “tempora” investigationis et ma-turationis vel per ea praeparantur: a) Primum tempus, quod ex parte candidati investigationem esse patet, ex parte Ecclesiae “evangelizationi” et “praecatechumenatui” dedicatur et per ingressum in ordinem catechumenorum clauditur. b) Secundum tempus, quod ab hoc ingressu incipit et plures annos perdurare potest, catechesi dedicatur et absolvitur die electionis. c) Tertium tempus, revera brevius, quod incidit in quadragesimalem praeparationem sollemnitatum paschalium et sacramentorum, labori purificationis et illuminationi consecratur. d) Ultimum tempus, quod in tempus paschale continuum cadit, dedicatur “mystagogiae”, id est tum experientiae et fructibus colligendis, tum commercio et vinculis cum societate fidelium ineundis. Sunt ergo tempora continua: “praecatechumenatus”, per primam evangelizationem distinctus, “catechumenatus” ad catechesim integram destinatum, “purificatio et illuminatio” ad intensio-rem praeparationem spiritualem, “mystagogia” per novam tum sacramentorum tum fidelium experientiam agnitum.	7. De temporibus - Gradus autem adducunt ad tempora investigationis et maturationis vel per ea praeparantur. a)Primum tempus quod ex parte candidati investigationem exigit, ex parte Ecclesiae "evangelizationi" et "praecatechumenatui" dedicatur et per ingressum in ordinem catechumenorum clauditur. b) Secundum tempus, quod ab hoc ingressu in ordinem catechumenorum incipit et plures annos perdurare potest, catechesi ritibusque ipsi adnexis dedicatur et absolvitur die electionis. c) Tertium tempus, revera brevius, quod de more incidit in quadragesimalem praeparationem sollemnitatum paschalium et sacramentorum, purificationi et illuminationi consecratur. d) Ultimum tempus, quod per totum tempus paschale perdurat, dedicatur "mystagogiae", id est tum experientiae et fructibus colligendis, turn commercio et vinculis cum societate fidelium intimius ineundis. Sunt ergo quattuor tempora continua: "praecatechumenatus", per primam "evangelizationem" distinctum, "catechumenatus" ad catechesim integram destinatum. "purificationis et illuminationis" ad intensiorom praeparationem spiritualem, "mystagogiae" per novam tum sacramentorum turn communitatis experientiam signatum.	7. Gradus autem adducunt ad “tempora” investigationis et ma-turationis vel per ea praeparantur: a) Primum tempus, quod ex parte candidati investigationem exigit, ex parte Ecclesiae evangelizationi et “praecatechumenatui” tribuitur et per ingressum in ordinem catechumenorum clauditur. b) Secundum tempus, quod ab hoc ingressu in ordinem catechumenorum incipit et plures annos perdurare potest, in catechesi ritibusque ipsi adnexis insumitur et absolvitur die electionis. c) Tertium tempus, revera brevius, quod de more incidit in quadragesimalem praeparationem sollemnitatum paschalium et sacramentorum, purificationi et illuminationi assignatur. d) Ultimum tempus, quod per totum tempus paschale perdurat, attribuitur “mystagogiae”, id est tum experientiae et fructibus colligendis, tum commercio et vinculis cum societate fidelium arctius ineundis. Quattuor ergo sunt tempora continua: “praecatechumenatus”, prima evangelizatione distinctus, “catechumenatus” ad catechesim integram destinatus, “purificationis et illuminationis” ad impensiorem praeparationem spiritualem comparandam, “mystagogiae” nova tum sacramentorum tum communitatis experientia signatum.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	8. De contextu paschali – Praeterea, cum initiatio christianorum nihil aliud sit quam prima sacramentalis participatio mortis et resurrectionis Christi, cum insuper tempus purificationis et illuminationis in tempus Quadragesime incidat, et "mystagogia" in tempus paschale de more cadat, ideo tota initiatios inserendum est in contextu paschali. Propterea tum Quadragesima tota plenam vim obtineat oportet ad intensiorem electorum praeparationem, tum ipsa Vigilia paschalis habenda est uti dies legitima sacramentorum initiationis, quin tamen prohibeatur sacramenta, haec propter necessitates pastorales, extra tempora celebrari.	8. De contextu paschali. - Praeterea, cum initiatio christianorum nihil aliud sit quam prima sacramentalis participatio mortis et resurrectionis Christi (cf. Praenotanda generalia, n. 6), cum insuper tempus purificationis et illuminationis in periodum Quadragesimae de more incidat. (cf. Const, de S. Lit.n 109] et "mystagogia" in tempus paschale, ideo tota initiatio indolem prae se ferat oportet. Propterea Quadragesima plenam vim obtineat ad intensiorem electorum praeparationem et ipsa Vigilia paschalis habeatur uti tempus legitimum sacramentorum initiationis, quin tamen prohibeatur eadem sacramenta, propter necessitates pastorales, extra haec tempora celebrari.	8. Praeterea, cum initiatio christianorum nihil aliud sit quam prima sacramentalis participatio mortis et resurrectionis Christi, cum insuper tempus purificationis et illuminationis in tempus Quadragesimas de more incidat, et "mystagogia" in tempus paschale ideo tota initiatio indolem paschalem prae se ferat oportet. Propterea Quadragesima plenam vim obtineat ad impensiorem electorum praeparationem et ipsa Vigilia paschalis habeatur tempus legitimum sacramentorum initiationis, veruntamen non vetatur eadem sacramenta, propter necessitates pastorales, extra haec tempora celebrari.
1. De "praecatechumenatu" 5. Etsi Ordo initiationis incipit ad ingressione in catechumenatum, tamen periodus superior seu "praecatechumenatus" magnum momentum praebet nec a pastoribus praetermittenda est. Tunc prima fit annuntiatio Dei vivo seu evangelizatio, et, ducente Spiritu Sancto, initialis fides et conversio, qua quisque se percepit a peccato revocatum et mysterio dilectionis divinae apertum. Tempus praecatechumenatus omnimodae sollicitudinis dignum est ut maturescat vera voluntas Baptismum petendi.	1. De evangelizatione et de "praecatechumenatu" 10. Etsi Ordo initiationis incipit ad ingressione in catechumenatum, tamen periodus superior seu "praecatechumenatus" magnum momentum habet nec a pastoribus praetermittenda est. Tunc fit evangelizatio, qua fiducialiter et constanter annuntiatur Deus vivus et, quem ad omnium salutem misit, Iesus Christus, ut non Christiani, Spiritu Sancto cor ipsorum aperiente, credentes ad Dominum libere convertantur, eique sincere adhaereant qui, cum sit via, veritas et vita, omnes eorum exspectationes spirituales explet, immo infinite superat.	§ 1. -De evangelizatione et de praecatechumenatu 10. Etsi Ordo initiationis incipit admissione in catechumenatum, tamen periodus praecedens seu "praecatechumenatus" magnum momentum habet nec de more praetemittenda est. In ea enim fit illa "evangelizatio," qua "fiducialiter et constanter annuntiatur Deus vivus et, quem ad omnium salutem misit, leaum Christum, ut non-christiani, Spiritu Sancto cor ipsorum aperiente, credentes ad Dominum libere convertantur, eique sincere adhaereant qui, cum sit via, veritas et vita, omnes eorum exspectationes spirituales explet, immo infinite superat" (Dacri de activ. mission. Ecclesiae, n. 13).	*A.* De evangelizatione et de "praecatechumenatu" 9. Etsi Ordo initiationis incipit admissione in catechumenatum, tempus tamen praecedens seu "praecatechumenatus" magnum momentum habet nec ex more praetermittendum est. In eo enim fit ilia evangelizatio, qua fiducialiter et constanter annuntiatur Deus vivus et, quem ad omnium salutem misit, Iesus Christus, ut non Christiani, Spiritu Sancto cor ipsorum aperiente, credentes ad Dominum libere convertantur, eique sincere adhaereant qui, cum sit via, veritas et vita, omnes eorum exspectationes spirituales explet, immo infinite superat.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	11. Ex evangelizatione cum auxilio Dei peracta oriuntur fides et conversio initialis, quibus quisque se percipit a peccato revocatum et mysterio dilectionis divinae apertum. Integrum praecatechumenatus tempus dedicatur, incremento huius fide et conversionis ita ut maturescat vera voluntas Christum sequendi et Baptismum petendi.	11. Ex evangelizatione cum auxilio Dei peracta oriuntur fides et conversio initialis, quibus quisque se sentit a peccato revocatum et mysterio dilectionis divinae apertum. Cui evangelizationi integrum praecatechumenatus tempus dedicatur ita ut maturescat vera voluntas Christum sequendi et Baptismum petendi,	10. Ex evangelizatione cum auxilio Dei peracta oriuntur fides et conversio initialis, quibus se quisque sentit a peccato revocari et in mysterio dilectionis divinae proclivem. Cui evangelizationi integrum praecatechumenatus tempus tribuitur, ut maturescat vera voluntas Christum sequendi et Baptismum petendi.
6. Hoc igitur tempore curandum est ut candidatis apta fiat a catechistis, diaconis et sacerdotibus, immo et a laicis, praesentatio Evangelii, ut attentum iis auxilium praestetur, ut ipsi cum intentionibus purificatis et clarioribus adlaborent divinae gratiae; denique ut conventus candidatorum cum familiis et adnunationibus christianorum faciliores evadant.	12. Hoc igitur tempore candidatis apta fiat a catechistis, diaconis et sacerdotibus, immo et a laicis, praesentatio Evangelii; attentum iis auxilium praestetur, ut ipsi cum intentionibus purificatis et clarioribus adlaborent divinae gratiae; denique conventus candidatorum cum familiis et adnunationibus christianorum faciliores evadant.	12. Hoc igitur tempore candidatis apta fiat a catechistis, diaconi: et sacerdotibus, immo et a laicis, praesentatio Evangelii; attentum iis auxilium praestetur ut ipsi intentione purificata et clariore divinae gratiae cooperationem praestent, denique conventus candidatorum cum familiis et coetibus christianorun faciliores evadant.	11. Hoc igitur tempore candidatis apta fiat a catechistis, diaconis et sacerdotibus, immo et a laicis, explanatio Evangelii; attentum iis auxilium praestetur, ut ipsi purificata et clariore intentione cum divina gratia cooperentur, denique conventus candidatorum cum familiis et coetibus christianorum faciliores evadant.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
8. Praeter Evangelizationem huic tempori propriam, ad Conferentias Episcopales pertinet ut, provideatur pro adiunctis regionum, personarum et traditionem, primus modus recipiendi candidatos in communitatem christianorum.	13. Ad Conferentias Episcopales pertinet ut, praeter evangelizationem huic tempori propriam, provideatur pro adiunctis regionum, personarum et traditionem, primus modus recipiendi candidatos in coetum et commercium christianorum.	13. Ad Conferentias Episcopales pertinet ut, praetor illam "evangelizationem" huic tempori propriam, provideatur primus modus recipiendi "sympathizantes," id est eos qui, etsi plene non credant, propensionem exhibent erga christianam fidem. 1° Eorum receptio, quae ad libitum ac sine ritu fiet, rectam eorum intentionem, nondum vero fidem, manifestare intendit. 2° Condicionibus locorum et opportunitatibus aptabitur. Aliis enim exhibendus est praesertim christianorum spiritus, quem noscere et experire satagunt; aliis autem, quorum catechumenatus propter varias rationes procrastinatur, optatur primus quidam vel ipsorum vel communitatis actus externus. 3° Receptio fiet inter communitatis loci conventum, dato tempore opportune amicitiae et negotiis. Praesentatus ab amico, "sympathizans" ille liberis verbis salutatur et recipitur a sacerdote vel ab aliquo membro communitatis digno et apto .	12. Ad Conferentias Episcopales pertinet, praeter illam evangelizationem huic tempori propriam, providere, si casus ferat, et iuxta regionis adiuncta, primum modum recipiendi fautores (qui “sympathizantes” vulgo dicuntur), id est eos qui, etiamsi plene non credant, propensionem tamen exhibent in christianam fidem. 1) Eorum receptio, quae ad libitum ac sine ritu fiet, rectam eorum intentionem, nondum vero fidem, manifestat. 2) Condicionibus locorum et opportunitatibus aptabitur. Aliis enim candidatis exhibendus est prsesertim christianorum spiritus, quern noscere et experire satagunt; aliis autem, quorum catechumenatus propter varias rationes differtur, convenit primus quidam vel ipsorum vel communitatis actus externus. 3) Receptio fiet inter communitatis loci adunationes et conventus, dato tempore opportune amicitiaa et colloquiis. Praesentatus ab amico, fautor (“sympathizans”) ille liberis verbis salutatur et recipitur a sacerdote vel ab aliquo membro communitatis digno et apto.
Pastorum autem est ut candidatos iam orationibus communibus aptatis et ritibus benedictionis adiuvent.	Pastorum autem est ut candidatos iam Orationibus Aptatis adiuvent, pro quibus recurrere poterunt argumentis formularum Ritualis nn 45-52.	14. Durante eodem tempore, pastorum est "sympathizantes" iam orationibus aptatis adiuvare, adhibitis, pro opportunitate, formulis Ritualis (nn. 115--125).	13. Durante eodem “praecatechumenatus” tempore, pastorum est “sympathizantes” orationibus aptis adiuvare.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
2. De catechumenatu 8. Ingressio in catechumenatum, quo Ecclesia et candidati prima vice, palam mutuoque voluntatem missionemque aperientes, publice obviam veniunt, est primus summi momenti gradus. 9. Gressus completur primo ritu liturgico, qui quamvis sacramentum nondum sit, gratiam tamen exprimat et confert, cum initialem candidatorum conversionem et desiderium demonstret et ex parte Ecclesiae, receptionem eorum primamque consecrationem significet.	2. De catechumenatu 14. Ingressio in catechumenatum, quo candidati et Ecclesia prima vice, palam mutuoque voluntatem missionemque aperientes, publice obviam veniunt, est primus summi momenti gradus. 15. Gressus hic peragitur per primum ritum liturgicum, scilicet per Ordinem ad faciendos catechumenos. Per quem gratia Dei exprimitur et confertur, cum conversionem candidatorum initialem et desiderium eorum demonstret et aliunde, ex parte Ecclesiae, receptionem eorum primamque consecrationem significet.	§ 2. -De catechumenatu 15. Ingressus in catechumenatum, quo candidati voluntatem suam, Ecclesia vero missionem sibi creditam prima vice palam mutuoque aperientes, publice obviam sibi veniunt, est primus summi momenti gradus. Peragitur primo ritu liturgico, scilicet Ordine ad faciendos catechumenos. Per hunc ritum gratia Dei exprimitur et confertur, cum conversionem candidatorum initialem et desiderium eorum demonstret et aliunde, ex parte Ecclesiae, receptionem eorum primamque consecrationem significet.	B. De catechumenatu 14. Summi momenti est ritus “ad catechumenos faciendos” nuncupatus, quia tunc, publice primum convenientes, et candidati voluntatem suam Ecclesiae aperiunt, et Ecclesia, munere suo apostolico fungens, eos admittit, qui membra eius fieri intendunt. Quibus Deus gratiam suam largitur, cum illorum desiderium hac celebratione palam exhibeatur et eorundem receptio primaque consecratio ab Ecclesia significentur.
10. Ex parte candidatorum praesupponuntur fundamenta, spiritualia potiusque doctrinalia, prima fides tempore praecatechumenatus concepta, initialis conversio voluntasque vitam mutandi et commercium cum Deu ineundi, idoeque primus paenitentiae sensus, incipiensque usus invocandi illum et orandi, necnon prima experientia societatis et spiritus christianorum.	16. Ad gressum hunc faciendum praesupponuntur ex parte candidatorum fundamenta spiritualia simul ac doctrinalia: prima fides tempore praecatechumenatus concepta, initialis conversio voluntasque vitam mutandi et commercium cum Deo in Christo ineundi, idoque primus paenitentiae sensus, incipiensque usus invocandi Deum et orandi, necnon prima experientia societatis et spiritus christianorum.	16. Ad gressum hunc faciendum praesupponuntur ex parte candidatorum fundamenta spiritualia simul ac doctrinalia (Decr, de activitate mission. Eccl. 14): prima fides tempore praecatechumenatus concepta, initialis conversio voluntasque vitam mutandi et commercium cum Deo in Christo ineundi, ideoque primus paenitentiae sensus, incipiensque usus invocandi Deum et orandi, necnon prima experientia societatis et spiritus Christianorum.	15. Ad hunc gressum faciendum requiritur ut in candidatis initialia vitas spiritualis et doctrinae christianae fundamenta condita sint: prima scilicet fides tempore “praecatechumenatus” concepta, initialis conversio voluntasque vitam mutandi et commercium cum Deo in Christo ineundi, ideoque primus paenitentiae sensus incipiensque usus invocandi Deum et orandi, necnon prima experientia societatis et spiritus christianorum.
11. Auxiliantibus catechistis et diaconis, ad pastores pertinet ut externa indicia istarum dispositionum diudicent. Eorumdem est praeterea attente praecavere ne quis, iam baptizatus, quacumque de causa, iterum baptizari velit.	17. Auxiliantibus sponsoribus catechistis et diaconis, ad pastores pertinet ut externa indicia istarum dispositionum diudicent. Eorumdem est praeterea ut, valori sacramentorum iam valide acceptorum attenti praecaveant ne quis, iam baptizatus, quacumque de causa, iterum baptizari velit.	17. Auxiliantibus sponsoribus, catechistis et diaconis, ad pastores pertinet externa indicia istarum dispositionum diiudicare (Deccret. de activ. mission. 13). Eorumdem est praeterea, virtuti sacramentorum iam valide acceptorum attenti (cf. Praenotanda generalia, n. 4), praecavere ne quis, iam baptizatus, quacumque de causa, iterum baptizari velit.	16. Auxiliantibus sponsoribus (cf. infra n. 42), catechistis et diaconis, ad pastores pertinet externa indicia harum dispositionum iudicare. Eorumdem praeterea munus est ut, virtuti sacramentorum iam valide acceptorum attenti (cf. Praenotanda generalia, n. 4), praecaveant ne quis, iam baptizatus, quacumque de causa, iterum baptizari velit.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
12. Post celebrationem ritus, in libro catechumenorum tempestive referantur oportet nomina omnium catechumenorum, mentione facta de ministro, sponsoribus, de die et loco celebrationis.	18. Post celebrationem ritus, in libro catechumenorum tempestive referantur oportet nomina omnium catechumenorum, mentione facta de ministro, sponsoribus, de die et loco celebrationis.	18. Post celebrationem ritus, tempostive scribantur in libro ad hoc destinato nomina catechumenorum, mentione facta de ministro et sponsoribus, de die et loco ipsorum admissionis.	17. Post celebrationem ritus, tempestive scribantur in libro ad hoc destinato nomina catechumenorum, addita mentione de ministro et sponsoribus, de die et loco ipsorum admissionis factae.
13. Exinde enim catechumeni, in sinu Ecclesiae recepti et portati, iam cum ipsa "coniuncti sunt, iam de domo sunt Christi." Ab Ecclesia verbo Dei pascentur et liturgicis subsidiis fovebuntur. Pleno iure possunt liturgiam verbi participare, benedictiones et sacramenta recipere, matrimonium contrahere cum proprio ritu et, si moriuntur funeralia christiana obtinere.	19. Exinde enim catechumeni, in sinu Ecclesiae recepti et portati, iam cum ipsa "coniuncti sunt, iam de domo sunt Christi." Ab Ecclesia verbo Dei pascentur et liturgicis subsidiis fovebuntur. Corde habeant liturgiam verbi participare, benedictiones et sacramenta recipere. Apto ritu matrimonium contrahunt sive duo catechumeni inter se, sive catechumenus cum parte non baptizata. Si moriuntur funeralia christiana obtinent.	19. Exinde enim catechumeni, in sinu Ecclesiae recepti, iam cum ipsa "coniuncti sunt, iam de domo sunt Christi" (De Eccl., n. 14-; De activ. misssion. Eccl. 14) : ab Ecclesia enim verbo Dei pascuntur et liturgicis subsidiis foventur. Ipsi proinde cordi habeant liturgiam verbi participare, benedictiones et sacramentalia recipere. Quoties autem matrimonium contrahant sive duo catechumeni inter se, sive catechumenus cum parte non baptizata apto ritu utantur (Ordo celebrandi matrimonium, cap, III, nn. 55-56). Si tandem moriuntur durante catechumenatu, funeralia Christiana obtinent.	18. Exinde enim catechumeni, quos iam ut suos dilectione curaque complectitur Mater Ecclesia, quique cum ipsa coniuncti, iam de domo sunt Christi: [7] ab Ecclesia enim verbo Dei pascuntur et liturgicis subsidiis foventur. Ipsi proinde cordi habeant ut liturgiam verbi participent, benedictiones et sacramentalia recipiant. Quoties autem matrimonium contrahunt sive duo catechumeni inter se, sive catechumenus cum parte non baptizata, apto ritu utantur.[8] Si denique moriuntur durante catechumenatu, Christianas obtinent exsequias.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
19. Catechumenatus seu pastoralis catechumenorum institutio est insimul tempus protractum et disciplina servata, cuius ope dispositiones animi, die ingressus manifestatae, ad maturitatem producentur. Quod triplicitur obtinentur: 1) Apta catechesis, a sacerdotibus, diaconis vel catechistis et aliis laicis facta, progressive disposita anno liturgico accommodata et celebrationibus verbi nutrita, eos adducit non solum ad opportunam dogmatum et praeceptorum notitiam, sed ad intimam cognitionem mysterii salutis, cuius pro se adimpletionem anhelant.	20. Catechumenatus seu pastoralis catechumenorum institutio est insimul tempus protractum et disciplina servata, cuius ope dispositiones animi, per ingressum manifestatae, ad maturitatem producentur. Quod quattuor viis obtinentur: 1) Apta catechesis, a sacerdotibus, diaconis vel catechistis et aliis laicis facta, gratulatim disposita et integre protracta, anno liturgico accommodata et celebrationibus verbi fulcita, eos adducit non solum ad congruam dogmatum et praeceptorum notitiam, sed etiam ad intimam cognitionem mysterii salutis, cuius pro se applicationem desiderant.	20. Catechumenatus est tempus protractum, quo candidati institutione pastorali donantur et opportuna disciplina exercentur (Decr. de activ. mission. Eccl. 14), cuius ope dispositiones animi, per ingressum manifestatae, ad maturitatem perducuntur. Quod quattuor viis obtinetur. 1° Apta catechesis, a sacerdotibus, diaconis vel catechistis et aliis laicis facta, per gradus disposita et integre exhibita, anno liturgico accommodatur et celebrationibus verbi fulcita, eos adducit non solum ad congruam dogmatum et praeceptorum notitiam, sed etiam ad intimam cognitionem mysterii salutis, cuius sibi applicationem desiderant.	19. Catechumenatus est tempus protractum, quo candidati institutione pastorali donantur et opportuna disciplina exercentur,[9] cuius ope dispositiones animi, per ingressum manifestatae, ad maturitatem perducuntur. Quod quattuor viis obtinentur: 1) Apta catechesis, a sacerdotibus, diaconis vel catechistis et aliis laicis tradita, per gradus disposita et integre exhibita, anno liturgico accommodata et celebrationibus verbi fulta, eos adducit non solum ad congruam dogmatum et praeceptorum notitiam, sed etiam ad intimam cognitionem mysterii salutis, cuius applicationem desiderant.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
2) In exercitio Christianae vitae familiariter versantur. Exemplo et subsidio sponsorum totiusque communitatis, in statu missionis erectae, assuescent ad Deum facilius orandum, fidem testificandam, Christi exspectationem in omnibus servandam, supernam inspirationem in operibus audiendam et ad caritatem proximi usque ad abrenuntiationem sui operandum.	2) In exercitio Christianae vitae familiariter versantur, exemplo et subsidio sponsorum et fidelium, immo una cum tota communitate, in statu conversionis et missionis erectae, assuescunt ad Deum facilius orandum, fidem testificandam, Christi exspectationem in omnibus servandam, supernam inspirationem in operibus sequendam et ad caritatem proximi usque ad abrenuntiationem sui operandum. Sic instructi, “neoconversus spiritale iter aggreditur quo, fide iam communicans mysterio mortis et resurrectionis, transitt a vetere homine ad novum hominem in Christo perfectum. Hie transitus, secum trahens progressivam sensus et morum immutationem, cum suis socialibus consectariis manifestus fieri et tempore catechumenatus paulatim evolvi debet. Cum Dominus, cui creditur, signum sit contradictionis, homo conversus rupturas et separationes non raro experitur, sed etiam gaudia quae non ad mensuram dat Deus.”	2° In exercitio christianae vitae familiariter conversantes, exemplo et subsidio sponsorum et fidelium, immo totius communitatis in statu conversionis et missionis erectae, assuescunt ad Deum facilius orandum, fidem testificandam, Christi exspectationem in omnibus servandam, supernam inspirationem in operibus sequendam eb ad caritatem proximi usque ad abrenuntiationem sui operandam. Sic instructi, "neo-conversi spiritale iter aggrediuntur quo, fide iam cominunicantes mysterio mortis et resurrectionis, transeunt a vetere homine ad novum hominem in Christo perfectum. Hie transitus secum trahens progressivam sensus et morum immutationem, cum suis socialibus consectariis manifestus fieri et tempore catechumenatus paulatim evolvi debet. Cum Doniinus cui creditur, signum sit contradictionis, homo conversus rupturas et separationes non raro experitur, sed etiam gaudia quae non ad mensuram dat Deus" (cf. Decr, de activ. mission. Eccl. 13).	2) In exercitio Christianae vitae familiariter conversantes, adiuti exemplo et subsidio sponsorum et patrinorum, immo fidelium totius communitatis, assuescunt Deum facilius orare, fidem testificari, Christi exspectationem in omnibus servare, supernam inspirationem in operibus sequi, et ad caritatem proximi usque ad abrenuntiationem sui operari. Sic instructi, “neoconversi spirituale iter aggrediuntur, quo, fide iam communicantes mysterio mortis et resurrectionis, transeunt a vetere homine ad novum hominem in Christo perfectum. Hie transitus, secum trahens progressivam sensus et morum immutationem, cum suis socialibus consectariis manifestus fieri et tempore catechumenatus paulatim evolvi debet. Cum Dominus, cui creditur, signum sit contradictionis, homo conversus rupturas et separationes non raro experitur, sed etiam gaudia quae non ad mensuram dat Deus”.[10]

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
3) Liturgicis ritibus, variis et progressivis sibique congruentibus a Matre Ecclesia in suo itinere iuvantur. Quibus paulatim iam mundantur et benedictione divina sustentantur. Etsi ad illorum usum celebrationes verbi utiliter moveri oportet, tamen ad liturgiam verbi cum tota communitate accedere possunt. Sed ante liturgiam Eucharisticam comiter dimittendi sunt, cum debent exspectare Baptismum, quo, sacerdotali populo aggregati, deputabuntur ad novum Christi participandum cultum.	3) Liturgicis ritibus variis et gradatis catechumenisque congruentibus a Matre Ecclesia in suo itinere iuvantur. Quibus paulatim iam mundantur et benedictione divina sustentantur. Ad illorum usum celebrationes verbi opportune moventur, immo ad liturgiam verbi ipsius communitatis fidelium iam accedere possunt, quo melius se praeparent ad futuram Eucharistiae participationem. De more tamen, quando congregationi fidelium adsunt, oportet ut, nisi urgeant difficultates, comiter dimittantur: debent enim exspectare Baptismum, quo, sacerdotali populo aggregati, deputabuntur ad novum cultum Christi participandum. 4) Cum vita Ecclesiae sit apostolica, catechumeni discant testimonio vitae et fidei professione ad evangelizationem et Ecclesiae aedificationem actuose cooperari.	3° Liturgicis ritibus sibi congruentibus a Matre Ecclesia in suo itinere iuvantur, iisque paulatim iam mundantur et benedictione divina sustentantur. Ad illorum usum celebrationes verbi opportune promoventur, immo ad liturgiam verbi ipsius communitatis fidelium iam accedere possunt, quo melius se praepareit ad futuram Eucharistiae participationem. De more tamen, quando congregationi fidelium adsunt, oportet ut, antequam celebratio eucharistica inchoetur, nisi locorum adiuncta aliter suadeant, comiter dimittantur: debent enim exspectare Baptismum, quo, sacerdotali populo aggregati, deputabuntur ad novum cultum Christi participandum. 4° "Cum vita Ecclesiae sit apostolica, catechumeni item discant testimonio vitae et fidei professione ad evangel izationem et Ecclesiae aedificatibnem actuose cooperari" (Decr, de activ. mission. Eccl., n. 14).	3) Liturgicis ritibus congruentibus a Matre Ecclesia in suo itinere iuvantur, iisque paulatim iam mundantur et benedictione divina sustentantur. Ad illorum usum celebrationes verbi opportune promoventur, immo ipsi ad liturgiam verbi iam accedere possunt una cum fidelibus, quo melius se praeparent ad futuram Eucharistiae participationem. Pro more tamen, quando congregationi fidelium adsunt, oportet ut, antequam celebratio eucharistica inchoetur, nisi difficultates urgeant, comiter dimittantur: debent enim exspectare Baptismum, quo, sacerdotali populo aggregati, deputabuntur ad novum cultum Christi participandum. 4) Cum vita Ecclesiae sit apostolica, catechumeni item discant testimonio vitae et fidei professione ad evangelizationem et Ecclesiae aedificationem actuose cooperari.[11]

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
15. Temporis spatium, catechumenatui congruens, pendet a variis adiunctis: a ratione institutionis loci, a numero catechistarum, diaconorum et sacerdotum, a bona voluntate singulorum catechumenorum, ab existentia aut defectu mediorum accessus et commorationis, ab auxilio communitatis localis. Nihil ergo a priori definiri potest. Opportune tamen Conferentiae Episcopales, pro condicione populorum et locorum, pressius determinabunt. In genere autem tres anni vel saltem duo videntur esse tempus plerisque casibus magis aptum.	21. Temporis spatium, catechumenatui congruens, pendet tum a providentia Dei tum a concretis adiunctis variis: a ratione institutionis loci, a numero catechistarum, diaconorum et sacerdotum, a bona voluntate singulorum catechumenorum, ab existentia aut defectu definiri potest. Ad Episcopum spectat moderari tempus et disciplinam catechumenatus. Opportune tamen Conferentiae Episcopales, pro condicione populorum et locorum, pressius decernent. In genere autem tres anni vel saltem duo videntur esse tempus plerisque casibus aptius.	21. Temporis spatium, catechumenatui congruens, pendet tum a gratia Dei tum a diversis rerum adiunctis, nempe a ratione institutionis ipsius catechumenatus, a numero catechistarum, diaconorum et sacerdotum, a singulorum catechumenorum cooperatione, ab existentia aut defectu mediorum locum accedendi et in eo commo-randi, ab auxilio conimunitatis localis. Nihil ergo a priori definiri potest. Ad Episcopun spectat tempus definire et disciplinam catechumenatus moderari. Opportune tamen Conferentiae Episcopales, attentis populorum et regionuin condicionibus, non pressius decernent. Plerumque tamen plures anni, saltem duo vel tres, videntur esse tempus quod pro catechumenatus spatio requiritur.	20. Temporis spatium, catechumenatui congruens, pendet tum e gratia Dei tum e variis rerum adiunctis, nempe e ratione institutionis ipsius catechumenatus, e numero catechistarum, diaconorum et sacerdotum, e singulorum catechumenorum cooperatione, e subsidiis necessariis ad sedem catechumenatus petendam ibique commorandum necnon ex auxilio communitatis localis. Nihil ergo "a priori" definiri potest. Ad Episcopum proinde spectat tempus determinare, sicut et disciplinam catechumenatus moderari. Opportune etiam Conferentiae Episcopales, attentis populorum et regionum condicionibus,[12] rem pressius decernent.
3. De tempore purificationis et illuminationis 16. "Electio" seu delectus admissioque catechumenorum, qui propter dispositiones suas idonei sunt ut in proxima celebratione partem habeant sacramentorum initiationis, est gradus secundus: quo aperitur porta ad tempus purificationis et illuminationis, id est ad intensiorem praeparationem. "Electio" nuncupatur, quia delectus et admissio, ab Ecclesia facta, significant electionem a Patre in Filio actam; "inscriptio nominum" pariter vocatur, quatenus candidati, in signum fidelitatis suae, nomina inscribunt vel saltem significant.	3. De tempore purificationis et illuminationis	§ 3 --De tempore purifications et illuminationis	*C.* De tempore purificationis et illuminationis

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
17. "Electio" sollemnitatem induit tam in praeparatione quam in celebratione. Praesupponit plenam catechumenorum praeparationem in moribus et doctrina, caritate et fide; interventum Episcopi vel delegati eius; denique candidatorum gressum, id est interrogationem et manifestationem voluntatis. "Electio" est veluti cardo institutionis catechumenatus; et in processu ritus non paucas exhibet similitudines cum ordinatione sacerdotali.			
18. Ineunte Quadragesima celebratur, quia hoc tempus "tam in liturgia quam in catechesi liturgica," "per memoriam vel praeparationem Baptismi et per paenitentiam," disponit ad mysterium paschale, quod sacramenta initiationis recolendo et exercendo, singulis applicant.	22. In ipsum Quadragesimae curriculum incidit tempus purificationis et illuminationis catechumenorum quia Quadragesima "tam in liturgia quam in catechesi liturgica," "per memoriam vel praeparationem Baptismi et per paenitentiam," renovat communitatem fidelium una cum catechumenis, et disponit ad mysterium paschale, quod sacramenta initiationis recolendo et exercendo, singulis applicant.	22. Cum Quadragesima de more coincidit tempus purificationis et il-luminationis catechumenorum, quia Quadragesima "tam in liturgia quam in catechesi liturgica", "per memoriam vel praeparationem Baptismi et per paenitentiam" (Const, de S. Lit. n. 109), renovat communitaten fidelium una cum catechumenis, eosdemque disponit ad mysterium paschale recolendum, quod sacrament a initiationis singulis applicant (Decr, de activ. mis. Eccl. 14).	21. Tempus purificationis et illuminationis catechumenorum cum Quadragesima ex more congruit, quia Quadragesima tam in liturgia quam in catechesi liturgica, per memoriam vel praeparationem Baptismi et per paenitentiam,[13] renovat communitatem fidelium una cum catechumenis, eosdemque disponit ad mysterium paschale recolendum, quod sacramenta initiationis singulis applicant.[14]

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
16. "Electio" seu delectus admissioque catechumenorum, qui propter dispositiones suas idonei sunt ut in proxima celebratione partem habeant sacramentorum initiationis, est gradus secundus: quo aperitur porta ad tempus purificationis et illuminationis, id est ad intensiorem praeparationem. "Electio" nuncupatur, quia delectus et admissio, ab Ecclesia facta, significant electionem a Patre in Filio actam; "inscriptio nominum" pariter vocatur, quatenus candidati, in signum fidelitatis suae, nomina inscribunt vel saltem significant.	23. A secundo gradu initiationis, id est ab "electione" incipit tempus purificationis et illu-minationis, dedicatum intensiori spiritus et cordis praeparationi. "Electio" est delectus admissioque catechumenorum, qui propter dispositiones suas idonei sunt, ut in proxima celebratione partem habeant sacramentorum initiationis. Nuncupatur "electio", quia delectus et admissio, ab Ecclesia facta, significent etiam electionem a Patre in Filio actam; vocatur pariter "inscriptio nominum", quatenus candidati, in pignus fidelitatis, suae nomina significant, quod fit inscriptione vel alio medio apto.	23. Secundo gradu initiationis incipit tempus purifications et il-luminationis , dedicatum intensiori spiritus et cordis praeparationi. In hoc gradu fit ab Ecclesia "electio", seu delectus admissioque catechumenorum, qui propter dispositiones suas idonei sunt ut in proxima celebratione partem habeant sacramentorum initiationis. Nuncupatur quidem "electio", quia delectus et admissio, ab Ecclesia facta, fundatur in electione Dei, cu-ius nomine agit Ecclesia; vocatur pariter "inscriptio nominuin" quatenus candidati, in pignus fidelitatis nomina sua libro electorum inscribunt.	22. Secundo gradu initiationis incipit tempus purificationis et illu-minationis, tributum impensiori spiritus et cordis praeparationi. In hoc gradu fit ab Ecclesia "electio", seu delectus admissioque catechumenorum, qui propter dispositiones suas idonei sunt, ut in proxima celebratione partem habeant sacramentorum initiationis. Nuncupatur quidem "electio", quia admissio, ab Ecclesia facta, fundatur in electione Dei, cuius nomine agit Ecclesia; vocatur pariter "inscriptio nominum", quatenus candidati, in pignus fidelitatis, nomina sua in libro electorum inscribunt.
17. "Electio" sollemnitatem induit tam in praeparatione quam in celebratione. Praesupponit plenam catechumenorum praeparationem in moribus et doctrina, caritate et fide; interventum Episcopi vel delegati eius; denique candidatorum gressum, id est interrogationem et manifestationem voluntatis. "Electio" est veluti cardo institutionis catechumenatus; et in processu ritus non paucas exhibet similitudines cum ordinatione sacerdotali.	24. Antequam "electio" celebretur, praesupponitur ex parte catechumenorum conversio mentis et morum, sufficiens doctrinae christianae notitia, fidei et caritatis sensus; requiritur deliberatio de idoneitate eorum coram communitate habita, deinde ipsorum gressus, id est interrogatio et manifestatio voluntatis, deniqu sententia Episcopi vel delegati eius. Quapropter "electio", hanc sollemnitatem exhibens, patet esse veluti cardo catechumenatus.	24. Antequam "electio" celebretur, praesupponitur ex parte catechumenorum conversio mentis et morum, sufficiens doctrinae christianae notitia, fidei caritatisque sensus; requiritur insuper deliberatio de ipsorum idoneitate coram communitate habita, ipsorumque manifestatio voluntatis, denique sententia Episcopi vel delegati eius. Quapropter' "electio", hanc sollemnitatem exhibens, patet esse veluti cardinem catechumenatus.	23. Antequam "electio" celebretur, requiritur ad catechumenos quod attinet conversio mentis et morum, sufficiens doctrinae christianae notitia, fidei caritatisque sensus; requiritur insuper deliberatio de ipsorum idoneitate. Postea in ipsa celebratione ritus manifestatio voluntatis eorum et sententia Episcopi vel delegati eius coram communitate habentur. Quapropter patet electionem, quae tanta sollemnitate ornatur, veluti cardinem esse totius catechumenatus.
19. Si autem, gravi de causa, initiatio locum habere nequeat in nocte vel die Paschae, sed perficiatur in alia dominica anni, electio ipsa celebretur circiter quadraginta diebus antea, ut tempus sufficiens adsit pro curriculo exercitiorum huius periodi.			

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
20. A die electionis et admissionis suae catechumeni olim vocabantur “competentes”, quia una simul contendunt seu competunt ad sacramenta Christi et donum Spiritus Sancti. Dicebantur etiam “illuminandi”, quia acceptis ultimis Symboli et Orationis dominicae documentis, plenissima fidei luce in sacramentis perfunduntur. Diebus autem nostris investigare licet verba, quae, pro diversitate regionum et culturarum, captui omnium ingenioque linguarum magis accedunt.	25. A die “electionis” et admissionis catechumeni vocantur “electi” et “competentes”, quia una simul contendunt seu competunt ad sacramenta Christi et donum Spiritus Sancti. Dicuntur etiam “illuminandi”, quia Baptismus ipse vocatur “illuminatio” et per eum neophyti luce fidei perfunduntur. Diebus autem nostris investigare licet etiam alia verba, quae, pro diversitate regionum et culturarum, captui omnium ingenioque linguarum magis congruunt.	25. A die “electionis” et admissionis catechumeni vocantur "electi" Dicuntur etiam "competentes", quia una simul contendunt seu competunt ad sacramenta Christi et donum Spiritus Sancti. Appellantur quoque "illuminandi", quia Baptismus ipse vocatur "illuminatio" et per eum neophyti luce fidei perfunduntur. Diebus autem nostris adhibere licet etiam alia verba, quae, pro diversitate regionum et culturarum, captui omnium ingenioque linguarum magis congruunt.	24. A die “electionis” et admissionis suae catechumeni vocantur “electi”. Dicuntur etiam “competentes”, quia una simul contendunt seu competunt ut accipiant sacramenta Christi et donum Spiritus Sancti. Appellantur etiam “illuminandi”, quia Baptismus ipse vocatur “illuminatio” et per eum neophyti luce fidei perfunduntur. Diebus autem nostris adhibere licet etiam alia verba, quae, pro diversitate regionum et civilis cultus, captui omnium ingenioque linguarum magis congruunt.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
21. Tempus autem, quod per portam electionis ingressi sunt, dedicatur praeparationi spiritus et liturgiae potius quam catechesi. Tunc in primis catechumeni tractantur exercitiis purificationis et paenitentiae, quae, condicioni et tempori eorum aptata et nomine "scrutiniorum" nota, sensum propriae indigentiae et peccati, desiderium purificationis et redemptionis ipsis infundant. Illuminationis deinde ritibus seu "traditionibus" versantur: in Symbolo fidei et Oratione dominica, quae eis traduntur, exhibetur mirabile propositum Dei Patris, quo oculi eorum spe et gaudio illuminentur. His ergo diebus exercetur virtus paenitentiae et propius respicitur mysterium Christi.	26. Hoc in tempore, intensior animi praeparatio, quae ad recollectionem spiritualem potius quam ad catechesim pertinet, ordinatur ad corda et mentes tum purificanda per discussionem conscientiae et paenitentiam, tum illuminanda per intimiorem Christi Salvatoris cognitionem. Quod variis ritibus obtinetur, praesertim per scrutinia et traditiones. a) "Scrutinia", quae sollemniter diebus dominicis celebrantur, ad duplicem supradictum finem spectant, nempe ad revelandum in cordibus electorum quod est debile, infirmum et pravum, ut sanetur; et quod est probum, validum et sanctum, ut firmetur. Scrutinia enim a peccato et diabolo liberant in Christo, qui est electorum via, veritas et vita. b) "Traditiones", per quas Ecclesia electis mandat perantiqua fidei et orationis documenta, scilicet Symbolum et Orationem dominicam, ad solam illuminationem eorum tendit. In Symbolo, quo magnalia Dei ad salutem hominum recoluntur, oculi eorum fide et gaudio illuminantur. In Oratione dominica, per quem Deum Patrem intimius cognoscunt, novo filiorum spiritu perfunduntur.	26. Hoc tempore, intensior animi praeparatio, quae ad recollectionem spiritualem potius quae ad catechesim pertinet, ordinatur ad corda et mentes tum purificanda per discussionem conscientiae et paenitentiam. tum ad eadem illuminanda per intimiorem Christi Salvatoris cognitionem. Quod variis ritibus obtinetur, praesertim per scrutinia et traditiones. 1° "Scrutinia", quae sollemniter diebus dominicis celebrantur, ad duplicem supradictum finem spectant, nempe ad revelandum in cordibus electorum quod est debile, infirmum et pravum, ut sanetur; et quod est probum, validum et sanctum, ut firmetur. Scrutinia enim a peccato et diabolo liberant et in Chiisto corroborant, qui est electorum via, veritas et vita. 2° "Traditiones", per quas Ecclesia electis mandat perantiqua fidei et orationis documenta, scilicet Symbolum et Orationem dominicam, ad illuminationem eorum tendunt. In Symbolo, per quod magnalia Dei ad salutem hominum recoluntur, oculi eorum fide et gaudio illuminantur. In Oratione autem dominica novum filiorum spiritum profundius agnoscunt, quo Deum in medio praesertim congregationis eucharisticae Patrem vocabunt.	25. Hoc tempore, impensior animi praeparatio, quae ad recollectionem spiritualem potius quam ad catechesim pertinet, ordinatur ad corda et mentes tum purificanda per discussionem conscientiae et paenitentiam, tum illuminanda per altiorem Christi Salvatoris cognitionem. Quod variis ritibus perficitur, praesertim per scrutinia et traditiones. 1) "Scrutinia", quae sollemniter diebus dominicis celebrantur, ad duplicem supradictum finem spectant, nempe ad revelandum in cordibus electorum quod est debile, infirmum et pravum, ut sanetur; et quod est probum, validum et sanctum, ut firmetur. Scrutinia enim ordinantur ad liberationem a peccato et diabolo, et in Christo corroborant, qui est electorum via, veritas et vita. 2) "Traditiones", per quas Ecclesia electis mandat perantiqua fidei et orationis documenta, scilicet Symbolum et Orationem dominicam, ad illuminationem eorum tendunt. In Symbolo, quo magnalia Dei ad salutem hominum recoluntur, oculi eorum fide et gaudio perfunduntur. In Oratione autem dominica novum filiorum spiritum altius agnoscunt, quo Deum, in medio praesertim congregationis eucharisticas, Patrem vocabunt.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
4. De ipsis initiationis sacramentis 22. Haec sacramenta, nempe Baptismus, Confirmatio et sanctissima Eucharistia, sunt ultimus gradus et porta, quibus catechumeni, peccatis remissis, populo Dei sancto aggregati, accipiunt adoptionem filiorum Dei, a Spiritu Sancto adducuntur ad plenitudinem temporum Ecclesiae, immo per sacrificium et convivium eucharisticum ad consummationem eschatologicam regni Dei.			
De ritibus immediate praeparatoriis 23. In vigilia initiationis, hoc est Sabbato sancto, vel etiam pro opportunitate in feria VIa, celebratur perantiquus ritus Ephphetha, quo gestu et verbo significatur quam necessarius nobis sit Dei interventus ut verbum eius intellegamus. Deinde fit redditio Symboli, qua melius disponuntur competentes ad futuram fidei professionem. Pro necessitate etiam, ut simplicior fiat celebratio diei posterae, anticipari potest et iam tunc perfici unctio cum oleo catechumenorum.	27. In triduo autem paschali: a) Electi invitentur ut liturgiae feriae 6ae partem habeant, ut una cum communitate de passione Redemptoris meditantes, in mysterium paschalis spiritualiter ingrediantur. b) Ad Sabbatum sanctum admoneantur ut hac die, quantum fieri poterit, a labore consueto vacantes, tempus orationi et recollectioni mentis dedicent ieiuniumque pro viribus servent. c) Eadem die Sabbati sancti, si qua fiat electorum congregatio, haberi possunt aliqui ritus immediate praeparatorii, v.g.: redditio Symboli, “Ephphetha”, electio nominis christiani et, si casus ferat, ipsa unctio olei catechumenorum.	27. Ad immediatam praeparationem ad sacramenta: 1° Moneantur electi ut Sabbato sancto, quantum fieri poterit, a labore consueto vacantes, tempus orationi et recollectioni mentis dedicent ieiuniumque pro viribus servant (Const, de S. Lit. 110). 2° Eadem die, si qua fiat electorum congregatio, haberi possunt aliqui ritus immediate praeparatorii, v.g. ; redditio Symbol, "Ephphetha", electio nominis christiani et, si casus ferat, unctio olei Catechumenorum.	26. Ad proximam sacramentorum praeparationem: 1) Moneantur electi ut Sabbato sancto, quantum fieri potest ab opere consueto vacantes, tempus orationi et recollectioni mentis tribuant ieiuniumque pro viribus servent.[15] 2) Eadem die, si qua fiat electorum congregatio, haberi possunt aliqui ritus proxime praeparatorii, v.g.: redditio Symboli, “Ephphetha”, electio nominis christiani et, si casus ferat, unctio olei catechumenorum.
24. Praeterea admoneantur catechumeni ut eadem die, quantum fieri poterit, a labore consueto vacantes, tempus orationi et recollectioni mentis dedicent ieiuniumque pro viribus servent.			

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
25. Etiam quando sacramenta initiationis celebrantur extra Vigiliam paschalem, habeatur, quantum fieri licet, praeclarus ritus benedictionis aquae. In quo per commemorationem magnalium Dei recolitur inde ab initio mundi et creatione generis humani mysterium caritatis Dei; ac deinde, per invocationem Spiritus Sancti et annuntiationem mortis et resurrectionis Christi, inculcatur novitas lavacri regenerationis, quo mortem et resurrectionem illius participamur et divinam eschatologicamque sanctitatem accipimus.			
26. Abrenuntiatio Satanae et professio fidei, non amplius intervallo diei separatae sed sola uncione distinctae, unus solus ritus sunt, qui in adultorum initiatione plenum valorem attingit. Cum Baptismus sit sacramentum fidei, qua catechumeni Deo adhaerent et insimul ab illo regenerantur, apte lavacro praemittitur personalis singulorum actus, quo, sicut iam in primo patriarcharum foedere fiebat, nunc in perpetuum falsis diis, peccato et Satanae abrenuntiant, ut fide adhaereant promissioni Salvatoris et sanctissimae Trinitatis mysterio. Quibus actibus, quos coram celebrante et communitate perficiunt, catechumeni significant voluntatem, tempore catechumenatus maturatam, novum Christi foedus ineundi. In hac fide, quam, ab Ecclesia caelitus acceptam, suam fecerunt, baptizantur adulti.			

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
27. Olei catechumenorum unctio, quae inter abrenuntiationem et professionem fidei occurrit, potest, pro necessitate pastorali et opportunitate liturgica, anticipari (cf. nn. 102, 138-139, 213-214). Quo in casu attendatur per eam significari necdessitatem divini roboris ut baptizandus, non obstantibus vitae praeteritae vinculis et superata diaboli adversitate, gressum professionis fidei strenue peragat eamque totius vitae decursu indefectibiliter teneat.			
	4. De ipsis initiationis sacramentis 28. Haec sacramenta, nempe Baptismus, Confirmatio et Eucharistia, sunt ultimus gradus et porta, quibus, accedentes electi, peccatis remissis, populo Dei aggregantur, accipiunt adoptionem filiorum Dei, a Spiritu Sancto inducuntur ad plenitudinem temporum Ecclesiae, immo per sacrificium et convivium eucharisticum ad consummationem eschatologicam regni Dei.	§ 4. - De ipsis initiationis sacramentis 28. Haec sacramenta, nempe Baptismus, Confirmatio et Eucharistia, sunt ultimus gradus et porta, quibus accedentes electi, peccatis remissis, populo Dei aggregantur, adoptionem filiorum Dei accipiunt, a Spiritu Sancto introducuntur ad plenitudinem temporum Ecclesiae, immo per sacrificium et convivium eucharisticum ad consummationem regni Dei.	*D.* De ipsis initiationis sacramentis 27. Haec sacramenta, nempe Baptismus, Confirmatio et Eucharistia, sunt ultimus gradus, quo, accedentes electi, peccatis remissis, populo Dei aggregantur, adoptionem filiorum Dei accipiunt, a Spiritu Sancto inducuntur in promissam temporum plenitudinem, immo per sacrificium conviviumque eucharisticum ad regnum Dei praelibandum.
	De celebratione Baptismi adultorum 29. Celebratio baptismi, quae in ablutione aquae cum invocatione S. Trinitatis culmen habet, praeparatur per benedictionem aquae et professionem fidei, quae cum ritu aquas intime conectuntur.	a) - De celebratione Baptismi adultorum 29. Celebratio Baptismi, quae in ablutione aquae cum invocatione SS. Trinitatis culmen habet, praeparatur benedictione aquae et professione fidei, quae cum ritu aquae intime connectuntur.	a) De celebratione Baptismi adultorum 28. Baptismi celebratio, quae ablutione aquae cum invocatione SS.mae Trinitatis quasi ad fastigium perducitur, praeparatur benedictione aquas et professione fidei, quae cum ritu aquas intime conectuntur.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	30. Etenim per benedictionem aquae, in qua dispensatio mysterii paschalis et electionem aquae ad illum sacramentaliter operandum recoluntur et SS. Trinitas iam primum invocatur, creatura aquae significatione religiosa induitur et inceptum Dei mysterium coram omnibus illustratur.	30. Etenim per benedictionem aquae, in qua dispensatio mysterii paschalis et electio aquae ad illud sacramentaliter operandum recoluntur et SS. Trinitas iam primum invocatur, creatura aquae significatione religiosa induitur et inceptum Dei mysterium coram omnibus illustratur.	29. Etenim per benedictionem aquae, in qua dispensatio mysterii paschalis et electio aquas ad illud sacramentaliter operandum recoluntur et SS.ma Trinitas iam primum invocatur, creatura aquae significationem religiosam accipit et coeptum Dei mysterium coram omnibus illustratur.
	31. Ritibus abrenuntiationis et professionis fidei, idem paschale mysterium, super aquam commemoratum, deinde breviter a celebrante in verbis Baptismi profitendum, actuosa baptizandorum fide profertur. Adulti enim non salvantur, nisi, sponte sua accedentes, donum Dei credendo velint accipere. Fides, cuius sacramentum recipiunt, non in sola Ecclesiae constat, sed requirit fidem propriam et actuosam. Dum baptizantur, nedum passive tantum suscipiant sacramentum, ipsi actuose cum Christo foedus ineunt, falsis dominis abrenuntiando, ipsi vero adhaerendo.	31. Ritibus abrenuntiationis et professionis fidei, idem paschale mysterium, super aquam commemoratum, deinde breviter a celebrante in verbis Baptismi profitendum, actuosa baptizandorum fide profertur. Adulti enim non salvantur nisi, sponte sua accedentes, donum Dei credendo velint accipere. Fides, cuius sacramentum recipiunt, non in sola Ecclesiae fide constat, sed requirit fidem eorum propriam et actuosam. Dum baptizantur, nedum passive tantuni suscipiant sacramentum, ipsi actuose cum Christo foedus ineunt, erroribus abrenuntiando, Deo autem vero adhaerendo.	30. Ritibus abrenuntiationis et professionis fidei, idem paschale mysterium, super aquam commemoratum, deinde breviter a celebrante in verbis Baptismi profitendum, actuosa baptizandorum fide profertur. Adulti enim non salvantur, nisi, sponte sua accedentes, donum Dei credendo velint accipere. Fides, cuius sacramentum recipiunt, non solius Ecclesiae, sed eorum etiam propria est, et exspectatur eam fore apud eos actuosam. Dum baptizantur, nedum passive tantum suscipiant sacramentum, sua voluntate cum Christo foedus ineunt, erroribus abrenuntiando, Deo autem vero adhaerendo.
	32. Continue, postquam viva fide paschale Christi mysterium confessi sunt, accedentes, mysterium illud in aquae expressum accipiunt, et, postquam SS.Trinitatem professi sunt, Trinitas ipsa, a celebrante invocata, operatur et electos suos inter filios adoptionis annumerat et populo suo aggregando.	32. Continuo, postquam viva fide paschale Christi mysterium confessi sunt, accedentes, mysterium illud in aqua expressum accipiunt, et, postquam SS. Trinitatem professi sunt, Trinitas ipsa, a celebrante invocata, operatur electos suos inter filios adoptionis annumerando et populo suo aggregando.	31. Continue, postquam viva fide paschale Christi mysterium confessi sunt, accedentes, mysterium illud ablutione aquae expressum accipiunt, et, postquam Ss.mam Trinitatem professi sunt, ipsa Trinitas, a celebrante invocata, operatur, electos suos inter filios adoptionis annumerando et plebi suae aggregando.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
28. Cum ablutio aquae, inde ab apostolica traditione, mysticam participationem mortis et resurrectionis Christi significet, qua, credentes in eius nomine, catechumeni peccatis moriuntur et in vitam aeternam resurgunt, plenum et integrum momentum in celebratione ritus obtineat. Seligatur forma, vel immersionis vel infusionis, aptior ut, pro variis traditionibus et rerum adiunctis, melius intellegatur eam non esse mere purificationis ritum, sed sacramentum coniunctionis cum Christo, operante tota Trinitate, quam, post fidei professionem baptizandi, nunc Ecclesia in persona celebrantis invocat.	33. Propterea ablutio aquae, cum mysticam participationem mortis et resurrectionis Christi significet, per quam credentes in nomine eius peccatis moriuntur et in vitam resurgunt aeternam, plenum suum momentum in celebratione Baptismi obtineat: seligatur forma, vel immersione, vel infusionis, aptior, ut, pro variis traditionibus et rerum adiunctis, melius intellegatur eam non esse mere purificationis ritum, sed sacramentum coniunctionis cum Christo.	33. Propterea ablutio aquae, cum mysticam participationem mortis et resurrectionis Christi significet, per quam credentes in nomine eius peccatis moriuntur et in vitam resurgunt aeternam, plenum suum momentum in celebratione Baptismi obtineat: seligatur proinde ritus vel immersionis vel infusionis, singulis casibus; aptior, ut, pro variis traditionibus et rerum adiunctis, melius intellegatur earn non esse mere purificationis ritum, sed sacramentuin coniunctionis cum Christo.	32. Propterea ablutio aquae, cum mysticam participationem mortis et resurrectionis Christi significet, per quam credentes in nomine eius peccatis moriuntur et in vitam resurgunt aeternam, plenum suum momentum in celebratione Baptismi obtineat: seligatur proinde ritus vel immersionis vel infusionis, singulis casibus aptior, ut, pro variis traditionibus et rerum adiunctis, melius intellegatur eam ablutionem non esse mere purificationis ritum, sed sacramentum coniunctionis cum Christo.
			33. Chrismatis unctio post Baptismum significat sacerdotium regale baptizatorum eorumque ascriptionem in populi Dei consortium. Vestis autem Candida est symbolum novae ipsorum dignitatis. Cereus vero accensus illustrat eorum vocationem ambulandi ut filios lucis addecet.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
b) De celebratione Confirmationis adultorum 29. Secundum perantiquum usum in ipsa liturgia romana servatum, ne baptizetur adultus quin, nisi gravioribus obstantibus causis, post ablutionem Baptismi statim accipiat impositionem manum et chrismationem Confirmationem. Hac continuitate significatur unitas mysterii paschalis, necessitudo inter missionem Filii et effusionem Spiritus Sancti coniunctioque sacramentorum, quibus ad nos perveniunt, necnon ipsa plenitudo temporum christianorum quae inde a prima sacramentali coniunctione cum Christo incipit.	b) De celebratione Confirmationis adultorum 34. Secundum perantiquum usum in ipsa liturgia romana servatum, ne baptizetur adultus quin dummodo ne obstent graviores rationes, statim post ablutionem Baptismi accipiat impositionem manum et chrismationem Confirmationem. Hac continuitate significatur unitas mysterii paschalis, necessitudo inter missionem Filii et effusionem Spiritus Sancti coniunctioque sacramentorum, quibus utraque persona nobis adveniunt necnon ipsa plenitudo temporum christianorum quae a prima receptione sacramentorum incipit.	b) De celebrations Confirmationis adultorum et de ritibus complementariis 34. Secundum perantiquum usum in ipsa liturgia romana servatum, adultus ne baptizetur quin statim post ablutionem Baptismi, dummodo non obstent graviores rationes, accipiat impositionem manuum et chrismationem Confirmationis (cf. n. 44-). Hac continuitate significantur unitas mysterii paschalis, necessitudo inter missionem Filii et effusionem Spiritus Sancti coniunctioque sacramentorum, quibus utraque persona divina baptizatis advenit	b) De celebratione Confirmationis adultorum 34. Secundum perantiquum usum in ipsa Liturgia Romana servatum, adultus ne baptizetur quin statim post Baptismum, dummodo ne obstent graviores rationes, accipiat Confirmationem (cf. n. 44). Hac conexione significantur unitas mysterii paschalis, necessitudo inter missionem Filii et effusionem Spiritus Sancti coniunctioque sacramentorum, quibus utraque persona divina cum Patre baptizatis advenit. .
30. Propterea ritus complementares Baptismi, omissa chrismatione postbaptismali a presbytero facta, remittendi sunt post collatam Confirmationem et perficiuntur ad modum conclusionis, uti mos est in liturgiis orientalibus, quae continuam celebrationem Baptismi et Confirmationis ad nos usque servaverunt.	35. Propterea ritus complementares Baptismi, omissa chrismatione postbaptismali a presbytero facta, remittendi sunt post collatam Confirmationem et ad modum conclusionis perficiuntur.	35. Propterea ritus complementares Baptismi, omissa unctione post-baptismali (n. 234), remittendi sunt post collatam Confirmationem et ad modum conclusionis perficiuntur. Chrismatis autem unctio postbaptismalis, quando celebratur, significat sacerdotium regale baptizatorum eorumque in populi Dei consortium ascriptio. Vestis candida est symbolum novae ipsorum dignitatis. Cereus vero accensus illustrat eorum vocationem ambulandi tanquam filii lucis.	35. Propterea post ritus complementares Baptismi, omissa unctione post Baptismum (n. 224), confertur Confirmatio.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
c) De prima celebratione eucharistica neophytorum 31. Deninde habetur celebratio sanctissimae Eucharistiae, in qua pleno iure neophyti hac die prima vice partem habent. In ipsa enim, post redditam in Baptismo professionem fidei, nunc cum tota communitate Orationem dominicalem reddunt, qua spiritum adoptionis filiorum in Christo proferunt. Ritui deferendi oblata, pro posse, communicantes, actionis sacrificii cum toto populo sacerdotali fiunt participes. In Christo orant ut Spiritus Sanctus, oblatis Ecclesiae superveniens, in mundum universum redundet. Denique, ad convivium eucharisticum accedentes, praesentia accepta confirmant et aeterna anticipant.	c) De prima celebratione eucharistica neophytorum 36. Denique habetur celebratio sanctissimae Eucharistiae, in qua neophyti hac die prima vice plenoque iure partem habent et consummationem initiationis inveniunt. In ipsa enim una cum tota communitate Orationem dominicam reddunt, qua spiritum adoptionis filiorum, Baptismate acceptum, proferunt. Ad dignitatem sacerdotii regalis provecti, partem actuosa habent, pro posse, in ritu deferendi oblata ad altare, et cum populo christiano participes fiunt actionis sacrificii. Denique, communicantes Corpori tradito et Sanguini effuso, praesentia accepta confirmant et aeterna anticipant	c) De prima participatione eucharistica neophytorum 36. Denique habetur celebratio Eucharistiae, in qua neophyti hac die prima vice plenoque iure partem habent et consummationem suae initiationis inveniunt. In ipsa enim iidem neophyti, ad dignitatem sacerdotii regalis provecti, partem actuosam habent tum in oratione fidelium tum, pro posse, in ritu deferendi oblata ad altare, cum tota communitate participes fiunt actionis sacrificii et Orationem dominicam reddunt, qua spiritum adoptionis filiorum, Baptismate acceptum, proferunt. Denique, communicantes Corpori tradito et Sanguini effuso, accepta praesentia munera conformant et aeterna anticipant.	c) De prima participatione eucharistica neophytorum 36. Denique habetur celebratio Eucharistiae, cuius neophyti hac die prima vice plenoque iure partem habent et in qua consummationem suae initiationis inveniunt. In ipsa enim iidem neophyti, ad dignitatem sacerdotii regalis provecti, partem actuosam habent et orationis fidelium et, quantum fieri poterit, ritus deferendi oblata ad altare; cum tota communitate participes fiunt actionis sacrificii et Orationem dominicam reddunt, qua spiritum adoptionis filiorum, Baptismate acceptum, patefaciunt. Denique, communicantes Corpori tradito et Sanguini effuso, accepta munera confirmant et aeterna praelibant
5. De tempore "mystagogiae" 32. Perfecto hoc ultimo gradu, neophyti, per portam sacramentorum ingressi sunt ultimum tempus initiationis suae, id est, tempus mystatogiae.	*5.* De tempore "mystagogiae" 37. Perfecto hoc paschali ultimo gradu, persequitur tempus paschale, in quo integra communitas una cum neophytis tum meditatione Evangelii, tum participatione Eucharistiae, tum exercitio caritatis progreditur in appropriatione et assimilatione mysterii paschalis. Hoc est ultimum tempus initiationis, id est tempus "mystagogiae" neophytorum.	§5. -De tempore mystagogiae 37. Perfectco hoc ultimo gradu, communitas una cum neophytis tum meditatione Evangelii, tum participatione Eucharistiae, tum exercitio caritatis progreditur in appropriatione et assimilatione mysterii paschalis. Hoc est ultimum tempus initiationis, id est tempus "mystagogiae" neophytorum.	*E.* De tempore "mystagogiae" 37. Perfecto hoc ultimo gradu, communitas una cum neophytis tum meditatione Evangelii, tum participatione Eucharistiae, tum exercitio caritatis progreditur in mysterio paschali altius percipiendo et in vitas usum magis magisque traducendo. Hoc est ultimum tempus initiationis, id est tempus "mystagogiae" neophytorum anno "A" Lectionarii, lectiones peculiariter sibi aptas. Propterea ad illas Missas invitanda est tota communitas loci una cum neophytis illorumque patrinis, earumque textus adhiberi possunt etiam quando initiatio extra tempora celebratur.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
33. “Mystagogia” nihil aliud est nisi profundior enarratio mysteriorum in Vigilia paschali iam acceptorum. Uberior revera et fructuosior evadit tum ex novitate verborum et expositionis, tum praesertim ex coniuncta mysteriorum experientia, quorum noviter baptizati participes sunt. Mente enim renovati sunt, gustaverunt bonum Dei verbum, participes facti sunt Spiritus Sancti, homini christiano propria, hauriunt novum fidei, Ecclesiae et mundi intelligentiam.	38. “Mystagogia” nihil aliud est nisi profundior enarratio mysteriorum in Vigilia paschali acceptorum. Uberior revera et fructuosior evadit tum ex novitate verborum et enarrationis, tum praesertim ex coniuncta mysteriorum experientia, quorum noviter baptizati participes sunt. Mente enim renovati sunt, gustaverunt bonum Dei verbum, Spiritui Sancto communicaverunt et exploraverunt quam suavis sit Dominus. Ex ista experientia, homini christiano propria et exercitio vitae exorta, hauriunt novum fidei, Ecclesiae et mundi intelligentiam.	38. "Mystagogia" est profundior enarratio et intellegentia mysteriorum in Vigilia paschali acceptorum. Uberior revera et fructuosior evadit tum ex novitate enarrationis, tum praesertim ex coniuncta mysteriorum experientia, quorum noviter baptizati participes sunt. Mente enim renovati sunt, gustaverunt bonus. Dei verbum, Spiritui Sancto conmunicaverunt et exploraverunt quam suavis sit Dominus. Ex ista experientia, homini christiano propria et exercitio vitae aucta, hauriunt novam fidei, Ecclesiae et mundi intellegentiam.	38. Plenior revera et fructuosior “mysteriorum” intellegentia acquiritur novitate enarrationis et maxime sacramentorum acceptorum experientia. Neophyti enim mente renovati sunt, intimius gustaverunt bonum Dei verbum, Spiritui Sancto communicaverunt et exploraverunt quam suavis sit Dominus. Ex hac experientia, homini christiano propria et exercitio vitae aucta, hauriunt novum fidei, Ecclesiae et mundi sensum.
	39. Nova et protracta sacramentorum experientia, sicut illuminat intellegentiam Scripturarum, ita auget scientiam hominum et redundat in experientiam communitatis, adeo ut facilius et fructuosius neophytis reddatur commercium ceterorum fidelium. Propterea tempus mystagogiae maximum momentum habet ut neophyti, a patrinis adiuti, intimas relationes cum fidelibus ineant eisque renovatam rerum visionem novumque impetum afferant.	39. Nova et protracta sacramentorum experientia, sicut illuminat intellegentiam Scripturarum, ita auget scientiam hominum et redundat in experientiam communitatis, adeo ut facilius et fructuosius neophytis reddatur commercium cum ceteris fidelibus. Propterea tempus mystagogiae maximum momentum habet ut neophyti, a patrinis adiuti, intimiores relationes cum fidelibus ineant eisque renovatam visionem rerum novumque impetum afferant.	39. Nova sacramentorum frequentatio, sicut illuminat sacrarum Scripturarum intellectum, pariter adeo auget scientiam hominum et redundat in experientiam communitatis, ut neophytis facilius et utilius reddatur commercium ceterorum fidelium. Propterea tempus mystagogiae maximum momentum habet ut neophyti, a patrinis adiuti, intimiores relationes cum fidelibus ineant iisque renovatam visionem rerum novamque impulsionem afferant.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
34. Cum indoles et vis propriae huic tempori procedant ab ista personali et nova sacramentorum experientia, mystagogia quondam dabatur in sic dictis "Missis pro neophytis". Ad quas iterum, cum mox liturgice restaurandae sint, vocandi sunt neophyti cum patrinis suis.	40. Cum indoles et vis propriae huic temporis procedant ex hac personali et nova experientia tum sacramentorum tum communitatis, praecipuus locus et tempus “mystagogiae” sunt sic dictae “Missae pro neophytis” quia in eis inveniuntur insimul tum congregatio communitatis, tum participatio sacramentorum. Propterea ad illas Missas invitanda est tota communitas loci una cum neophytis et patrinis suis.	40. Cum indoles et vis propriae huic tempori procedant ex hac personali et nova experientia tum sacramentorum tum communitatis, praecipuus locus "mystagogiae" sunt sic dictae "Missae pro neophytis" seu Missae dominicarum paschalium, quia in eis, praetor adunatam conmunitatem et participationem mysteriorum, neophyti inveniunt praesertim anno A Lectionarii lectiones peculiaritor sibi aptatas. Propterea ad illas Missas invitanda est tota communitas loci una cum neophytis et patrinis suis, earumque textus adhiberi possunt quando initiatio celebratur extra tempora.	40. Cum indoles et vis propriae huius temporis procedant ex hac personali et nova experientia tum sacramentorum tum communitatis, praecipuus locus “mystagogiae” sunt sic dictae “Missae pro neophytis”, seu Missae dominicarum paschalium, quia in eis, praeter adunatam communitatem et participationem mysteriorum, neophyti inveniunt, praesertim anno “A” Lectionarii, lectiones peculiariter sibi aptas. Propterea ad illas Missas invitanda est tota communitas loci una cum neophytis illorumque patrinis, earumque textus adhiberi possunt etiam quando initiatio extra tempora celebratur.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
II. DE MINISTERIIS ET OFFICIIS 35- Praeter ea, quae inter Praenotanda generalia n. 7 dicta sunt, Populus Dei, ecclesia locali repraesentatus, intellegat semper et ostendat initiationem adultorum rem esse suam et negotium omnium baptizatorum. unimam ideo advertat ut, in statu missionis vivens, auxilium praestet iis qui Christum quaerunt. In specie autem: a) Tempore praecatechumenatus, facilem se praebeat ad spiritum communitatis christianorum aperiendum, ad candidates admittendum in familias, in colloquia privata, immo in aliquas totius communitatis congregationes. b) Ritibus catechumenatus, pro opportunitate, adesse velit et actuosus se praestet responsionibus, oratione, cantu et acclamationibus. c) In die electionis, cum agatur de progressu ipsius communitatis, curam habeat testimonium opportune reddendi ius-tum et prudens.	II. DE MINISTERIIS ET OFFICIIS 41- Praeter ea, quae inter Praenotanda generalia n. 7 dicta sunt, Populus Dei, ecclesia locali repraesentatus, intellegat semper et ostendat initiationem adultorum rem esse suam et negotium omnium baptizatorum. Animum ideo advertat ut, in statu missionis vivens, auxilium praestet iis qui Christum quaerunt. In variis adiunctis vitae cotidianae, sicut in apostolatu, cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit.[17] Exinde candidates et catechumenos iuvare debet toto curriculo initiationis, in praecatechumenatu, in catechumenatu et in tempore mystagogiae. In specie autem: a) Tempore evangelizationis et praecatechumenatus, attenti sint fideles, quia apostolatus Ecclesiae omniumque membrorum eius in primis dirigitur ad nuntium Christi verbis et factis mundo patefaciendum gratiamque eius communicandam. Faciles igitur se praebeant ad spiritum communitatis christianorum aperiendum, ad candidatos admittendos in familias, in colloquia privata, immo in quosdam communitatis ccetus. b) Liturgia verbi Missarum dominicarum immo, pro opportunitate, ritibus catechumenatus adesse velint et actuosi se praestent responsionibus, oratione, cantu et acclamationibus.	II. DE MINISTERIIS ET OFFICIIS 41. Praeter ea, quae inter Praenotanda generalia (n. 7) dicta sunt, populus Dei, ecclesia locali repraesentatus, intellegat semper et ostendat initiationern adultorum rem esse suam et negotium omnium baptizatorum (Decr, de activ. mission. Eccl., n. 14). Sedulo igitur attendant ut, vocationem suam missionariam adimplens, auxillum praestet iis qui Christum quaerunt. In variis adiunctis vitae cotidianae, sicut in apostolatu, "cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit" (De Eccl., n. 17). Exinde candidatos et catechumenos iuvare debet toto curriculo initiationis, in praecatechumenatu, in catechumenatu et in tempore mystagogiae. In specie autem: 1° Tempori evangelizationis et praecatechumenatus attenti sint fideles "apostolatum Ecclesiae, omniumque membrorum eius imprimis dirigi ad nuntium Christi verbis et factis mundo patefaciendum gratiamque eius conmunicandam" (cf. Dec. de apost. laicorum, n. 6). Faciles igitur se praebeant ad spiritum communitatis christianorum aperiendum, ad candidates adinittendos in familias, in colloquia privata, immo in aliquos communitatis coetus. 2° Celebrationibus catechumenatus, pro opportunitate, adesse velint et actuosi se praestent responsionibus, orationi, cantui et acclamationibus.	II. DE MINISTERIIS ET OFFICIIS 41. Praeter ea, quae inter Praenotanda generalia (n. 7) dicta sunt, populus Dei, Ecclesia locali repraesentatus, intellegat semper et ostendat initiationem adultorum rem esse suam et negotium omnium baptizatorum.[16] Paratissimum ergo se praebeat ut, vocationem suam apostolicam adimplens, auxilium praestet iis qui Christum quaerunt. In variis adiunctis vitae cotidianae, sicut in apostolatu, cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit.[17] Exinde candidates et catechumenos iuvare debet toto curriculo initiationis, in praecatechumenatu, in catechumenatu et in tempore mystagogiae. In specie autem: 1) Tempore evangelizationis et praecatechumenatus mente recolant fideles apostolatum Ecclesiae, omniumque membrorum eius, imprimis dirigi ad nuntium Christi verbis et factis mundo patefaciendum gratiamque eius communicandam.[18] Faciles igitur se praebeant ad spiritum communitatis christianorum aperiendum, ad candidatos admittendos in familias, in colloquia privata, immo in quosdam communitatis ccetus. 2) Celebrationibus catechumenatus, pro opportunitate, adesse velint et actuosi se praestent responsionibus, orationi, cantui et acclamationibus.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
d) In tempore praeparationis quadragesimalis assiduus adsit ritibus scrutiniorum et traditionum, et catechumenis afferat exemplum propriae renovationis in spiritu paenitentiae, fidei et caritatis. In Vigilia paschali cordi habeat renovandi promissiones Baptismi. e) Denique in tempore mystagogiae Missas mystagogicas diligenter frequentet, neophytos caritate amplectatur auxiliumque praestet eis ut facilius et iucundius in communitatem baptizatorum recipiantur.	c) In die electionis, cum agatur de incremento ipsius communitatis, curam habeant testimonium opportune reddendi de catechumenis iustum et prudens. d) Tempore Quadragesimae, id est tempore purificationis et illuminationis, assidui adsint ritibus scrutiniorum et traditionum, et catechumenis afferant exemplum propriae renovationis in spiritu pasnitentiae, fidei et caritatis In Vigilia paschali cordi habeant renovare promissiones Baptismi. e) Denique in tempore mystagogiae Missas mystagogicas diligenter frequentet, neophytos caritate amplectatur auxiliumque praestet eis ut facilius et iucundius in communitatem baptizatorum recipiantur.	3° Die electionis, cum agatur de incremento ipsius communitatis, curam habeant testimonium opportune reddendi de catechumenis iustum et prudens. 4° Tempore Quadragesimae, id est tempore purificationis et illuminationis, assidui adsint ritibus scrutiniorum et traditionum, et catechumenis afferant exemplum propriae renovationis in spiritu paenitentiae, fidei et caritatis. In Vigilia paschali cordi habeant renovare promissiones Baptismi. 5° Tempore "mystagogiae" Missas pro neophytis participent, eosdemque caritate amplectantur auxiliumque eis praestent quo iucundius in communitate baptizatorum se sentiant.	3) Die electionis, cum agatur de incremento ipsius communitatis, curam habeant testimonium opportune reddendi de catechumenis iustum et prudens. In Vigilia paschali cordi habeant renovare promissiones Baptismi. 4) Tempore Quadragesimae, id est tempore purificationis et illuminationis, assidui adsint ritibus scrutiniorum et traditionum, et catechumenis afferant exemplum propriae renovationis in spiritu pasnitentiae, fidei et caritatis In Vigilia paschali cordi habeant renovare promissiones Baptismi. 5) Tempore mystagogiae Missas pro neophytis participent, eosdemque caritate amplectantur auxiliumque eis praestent quo iucundius in communitate baptizatorum se sentiant.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
36. Candidatum, qui petit ut inter catechumenos admittatur, comitatur sponsor, nempe vir aut mulier, qui eum novit, adiuvavit et testis est morum, fidei et voluntatis eius. Contingere potest ut	42. Candidatum, qui postulat ut inter catechumenos admittatur, comitatur sponsor, nempe vir aut mulier, qui eum novit, adiuvit et testis est morum, fidei et voluntatis eius. Contingere potest ut sponsor ingredientis non futurus sit eius patrinus in die electionis et Baptismi.	42. Candidatus, qui postulat ut inter catechumenos admittatur, comitatur sponsor, nempe vir aut mulier, qui eum novit, adiuvit et testis est morum, fidei et voluntatis eius. Contingere potest ut hic sponsor non futurus ait patrinus in die electionis et Baptismi.	42. Candidatum, qui postulat ut inter catechumenos admittatur, comitatur sponsor, nempe vir aut mulier, qui eum novit, adiuvit et testis est morum, fidei et voluntatis eius. Contingere potest ut hic sponsor officium patrini temporibus purificationis et illuminationis necnon mystagogiae non adimpleturus sit, sed tune ab altero in hoc munere substituatur.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
37. Patrinus autem (cf. Praenotanda generalia n. 8), a catechumeno propter exemplum, dotes et amicitiam desumptus et a sacerdote approbatus, candidatum comitatur a die electionis usque ad sacramenta et conclusionem temporis mystagogiae. Illius est catechumeno amicaliter ostendere usum Evangelii in vita propria et commercio societatis, iuvare in dubiis et anxietatibus, cognbscere et ipsi testimonium reddere. Etsi antea iam desumptus, incipit ministerium a die "electionis", dum de catechumeno coram Ecclesia testimonium dicit.	43. Patrinus autem (cf. Praenotanda generalia n. 8), a catechumeno propter exemplum, dotes et amicitiam desumptus a communitate Christiana loci delegatus et a sacerdote approbatus, candidatum comitatur in die electionis, in celebratione sacramentorum et tempore mystagogiae. Illius est catechumeno amicaliter ostendere usum Evangelii in reddere et incremento vitae eius baptismalis invigilare. Etsi antea iam desumptus, incipit ministerium a die "electionis", dum de catechumeno coram communitate testimonium dicit; et officium eius maius momentum obtinet, quando neophytus, adiuvandus est ut fideliter promissionibus Baptismi haereat.	43. Patrinus autem (cf. Praenotanda generalia, n. 8), a catechumeno propter exemplum, dotes et amicitiam delectus, a communitate christiana loci delegatus et a sacerdote approbatus, candidatum comitatur in die electionis, in celebratione sacramentorum et in tempore mystagogiae. Illius est catechumeno amicaliter ostendere usum Evangelii in vita propria et commercio societatis, iuvare in dubiis et anxietatibus, ei testimonium reddere et incremento vitae eius baptismalis invigilare. Iam ante "electionem" delectus, munus suum publice exercet a die "electionis", dum de catechumeno coram communitate testimonium dicit; et officium eius maius momentum obtinet, quando neophy-tus, sacramentis acceptis, adiuvandus est ut fideliter promissionibus Baptismi haereat.	43. Patrinus autem,[19] a catechumeno propter exemplum, dotes et amicitiam delectus, a communitate Christiana loci delegatus et a sacerdote approbatus, candidatum comitatur die electionis, in celebratione sacramentorum et tempore mystagogiae. Illius est catechumeno familiariter ostendere usum Evangelii in vita propria et commercio societatis, iuvare in dubiis et anxietatibus, ei testimonium reddere et incremento vitae eius baptismalis invigilare. Iam ante “electionem” delectus, munus suum publice exercet a die “electionis”, cum de catechumeno coram communitate testimonium dicit; et officium eius conservat momentum, quando neophytus, sacramentis acceptis, adiuvandus est ut fidelis promissionibus Baptismi permaneat.
38. Episcopi est (cf. Praenotanda generalia n. 12) per se vel per delegatum pastorali catechumenorum institutioni animum afferre eamque regere, candidates ad electionem et ad sacramenta admittere. Optandum est ut, quantum fieri poterit, quadragesimali liturgiae praesidens, ritum electionis et in Vigilia paschali sacramenta initiationis ipse celebret.	44. Episcopi est (cf. Praenotanda generalia n. 12) per se vel per delegatum pastoralem catechumenorum institutionem condere, moderari eique animum afferre, necnoncandidatos ad electionem et ad sacramenta admittere. Optandum est ut, quantum fieri poterit, quadragesimali liturgiae praesidens, riturn electionis et in Vigilia paschali sacramenta initiationis ipse celebret, si vero absit, presbytero celebranti, pro suo iudicio delegationem ad Confirmationem conferat. Denique, pro pastorali iudicio, catechitis conferat deputationem ad exorcismos minores impertiendos.	44. Episcopi est (cf. Praenotanda generalia, n. 12) per se vel per delegatum institutionem pastoralem catechumenorum condere, moderari atque fovere, necnon candidatos ad electionem et ad sacramenta admittere. Optandum est ut, quantum fieri poterit, quadragesimali liturgiae praesidens, ritum electionis et in Vigilia paschali sacramenta initiationis ipse celebret; si vero absit, presbytero celebranti, pro suo iudicio, delegationem ad Confirmationem conferat. Denique, pro sua pastorali cura, catechistis tradat deputationem ad exorcismos minores impertiendos.	44. Episcopi est[20] per se vel per delegatum institutionem pastoralem catechumenorum condere, moderari atque fovere, necnon candidatos ad electionem et ad sacramenta admittere. Optandum est ut, quantum fieri poterit, quadragesimali liturgiae praesidens, riturn electionis et in Vigilia paschali sacramenta initiationis ipse celebret. Denique, pro sua pastorali cura, Episcopus catechistis, qui revera digni sunt et opportune praeparati, tradat deputationem ad exorcismos minores celebrandos.[21]

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
39. Presbyterorurn est, praeter consuetum ministerium quod in qualibet celebratione Baptismi, Confirmationis et sanctissimae Eucharistiae gerunt (cf. Praenotanda generalia nn. 13-15), ut erga catechumenos pastorali personalique animarum curae attendant, de eis praesertim solliciti qui dubii esse et afflicti esse videntur; ut provideant bonam renovatamque eorum catechesim, auxiliantibus diaconis et catechistis; ut patrinorum electionem approbent eosque libenter audiant et adiuvent; ut denique ad perfectum aptatumque usum rituum diligentiam. adhibeant decursu totius Ordinis initiationis.	45. Presbyterorurn est, praeter consuetum ministerium quod in qualibet celebratione Baptismi, Confirmationis et sanctissimae Eucharistiae gerunt (cf. Praenotanda generalia nn. 13-15), ut ad pastoralem personalemque catechumenorum curam attendant (De ministerio et vita presbyterorum, nn. 6), de iis praesertim solliciti qui dubii esse et afflicti esse videntur; ut auxiliantibus diaconis et catechistis, catechesim eorum provideant; ut patrinorum electionem approbent eosque libenter audiant et adiuvent; ut denique ad perfectum aptatumque usum rituum diligentiam. adhibeant decursu totius Ordinis initiationis.	45. Presbyterorum est, praeter consuetum ministerium quod in qualibet celebratione Baptismi, Confirmationis et Eucharistiae gerunt (cf. Praenotanda generalia, nn. 13-15), ut ad pastoralem personalemque catechumenorum curam attendant (cf. Decr, de presbyterorum ministerio et vita, n. 6), de iis praesertim solliciti qui haesitantes et afflicti esse videantur, ut, auxiliantibus diaconis et catechistis, catechesi eorum provideant; ut patrinorum electionem approbent eosdemque libenter audiant et aiuvent; ut denique ad perfectum aptatumque usum rituum diligentiam adhibeant decursu totius Ordinis initiationis. (cf. infra n. 67).	45. Presbyterorum est, praeter consuetum ministerium quod in qualibet celebratione Baptismi, Confirmationis et Eucharistiae gerunt,[22] ut ad pastoralem personalemque catechumenorum curam attendant,[23] de iis praesertim solliciti qui haesitantes et afflicti esse videantur, ut, auxiliantibus diaconis et catechistis, catechesi eorum provideant; ut patrinorum electionem approbent eosdemque libenter audiant et adiuvent; ut denique ad perfectum aptatumque usum rituum diligentiam adhibeant in decursu totius Ordinis initiationis (cf. infra n. 67).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
			46. Presbyter, qui adultum aut puerum aetatis catecheticae baptizat, absente Episcopo, Confirmationem quoque conferat, nisi hoc sacramentum alio tempore conferendum sit (cf. n. 56).[24] Quando confirmandi numerosiores sunt, Confirmationis minister presbyteros ad sacramentum ministrandum sibi sociare potest. Necesse est ut hi presbyteri: a) aut peculiari munere vel officio in dioecesi fungantur, scilicet sint aut Vicarii Generales, aut Vicarii sive Delegati episcopales, aut Vicarii districtuales seu regionales, vel, qui Ordinarii mandate, iisdem pares ex officio habeantur; b) aut sint parochi locorum in quibus Confirmatio confertur, vel parochi locorum ad quae confirmandi pertinent, vel presbyteri qui peculiarem operam naverunt in praeparatione catechetica confirmandorum.[25]

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	46. Diaconorum auxilium praesto sit oportet. Numerus eorum sufficiens sit ut gradus, tempora et exercitia catechumenatus haberi possint in omnibus locis, ubi necessitatibus pastoralibus requiruntur.	46. Diaconorum auxilium praesto sit oportet. Numerus eorum sufficiens sit ut gradus, tempora et exercitia catechumenatus haberi possint in omnibus locis, ubi necessitatibus pastoralibus requiruntur (Decr, de activ. mission. Eccl., n. 16).	47. Diaconorum, si adsunt, auxilium praesto sit oportet. Si Conferentia Episcopalis opportunum iudicaverit stabiles diaconos instituere, provideat etiam ut eorum numerus congruus sit, ut gradus, tempora et exercitia catechumenatus haberi possint omnibus locis, ubi necessitatibus pastoralibus requiruntur.[26]
40. Catechistae, quorum ministerium ad progressum catechumenorum et incrementum communitatis lantum momentum habet, accipiant in ritibus, quotiescumque fieri poterit, locum honorificum et actuosum. Dum autem edocent, attendant ut doctrina sua sit spiritus evangelici referta, catechumenis aptata et traditionibus loci, pro posse, firmata et locupletata.	47. Catechistae, quorum officium ad progressum catechumenorum et incrementum communitatis momentum habet, teneant in ritibus, quotiescumque fieri poterit, partem actuosam. Dum edocent, attendant ut doctrina sua sit spiritu evangelico referta, symbolis liturgicis et curriculo anni accommodata, catechumenis aptata, et traditionibus loci, pro posse, locupletata. Liturgiam verbi praesidere possunt. Immo, ab Episcopo deputati et speciali benedictione donati, possunt exorcismos minores et benedictione impertire, de quibus in Rituali nn. 41-67.	47. Catechistae, quorum officium ad progressum catechumenorum et incrementum communitatis momentum habet, teneant in ritibus, quotiescumque fieri poterit, partem actuosam. Bum edocent, attendant ut doctrinia sua sit spiritu evangelico referta, symbolis liturgicis et curriculo anni accommodata, catechumenis aptata et traditionibus loci, pro posse locupletata. Immo, ab Episcopo deputati, possiuit exorcismos minores (cf. supra n. .44) et benedictiones impertire (cf. Const, de S. Lit., n. 79), de quibus in Rituali nn. 115-125.	48. Catechistae, quorum officium ad progressum catechumenorum et incrementum communitatis momentum habet, teneant in ritibus, quotiescumque fieri poterit, partem actuosam. Dum edocent, attendant ut doctrina sua sit spiritu evangelico referta, symbolis liturgicis et curriculo anni accommodata, catechumenis aptata, et traditionibus loci, quantum fieri potest, locupletata. Immo, ab Episcopo deputati, possunt exorcismos minores (cf. supra n. 44) et benedictiones peragere," de quibus in Rituali nn. 113-124.
		48. Laicus, qui infirmum in periculo mortis baptizat, ius habet ei, pro posse, communionem porrigendi.	
	III. DE TEMPORE ET LOCO INITIATIONS 48. Ordine initiationis pastores ita de more utantur, ut sacramenta celebrenda sint in Vigilia paschali et electio fiat in prima dominica Quadragesimae. Ceteri autem ritus … et locum inveniant ratione habita huius generalis dispositionis. Attamen propter graviores necessitates pastorales, curriculum totius Ordinis aliter disponere licet ut pressius infra dicetur (nn. 58-63).	III. DE TEMPORE ET LOCO INITIATIONS 49. Ordine initiationis pastores ita de more utantur ut sacramenta celebrentur in Vigilia paschali et electio fiat prima dominica Quadragesimae. Ceteri autem ritus distribuantur, ratione habita supradictae dispositionis (nn. 6-8, 14-40). Attamen, propter graviores necessitates pastorales, curriculum totius Ordinis aliter disponere licet, ut pressius infra dicetur (nn.58-62).	III. DE TEMPORE ET LOCO INITIATIONS 49. Ordine initiationis pastores ita de more utantur, ut sacramenta celebrentur in Vigilia paschali et electio fiat prima dominica Quadragesimae. Ceteri autem ritus, ratione habita huius supradictse dispositionis (nn. 6-8, 14-40), distribuantur. Attamen, propter graviores necessitates pastorales, curriculum totius Ordinis aliter disponere licet, ut pressius infra dicetur (nn. 58-62).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
41. Quod attinet ad tempus celebrandi ritum ad faciendos catechumeuos, haec notanda sunt : a) Ne sit praematurum : exspectetur donec candidatis omnibus, pro dispositionibus suis et condicione, necessarium temporis spatium adfuerit ad concipiendam initialem fidem et ad ostendenda primae conversionis indicia. b) Ubi candidati numerosi esse solent, exspectetur donec numerus eorum sufficientem coetum efformet pro catechesi et liturgicis ritibus. c) Determinentur in anno duae vel, pro necessitate, tres dies seu tempora opportuiora, in quibus de more ritus perficietur.	*A.* Tempus legitimum seii consuetum 49. Quod attinet ad tempus celebrandi ritum ad faciendos catechumeuos, haec notanda sunt : a) Ne sit praematurum : exspectetur donec candidatis omnibus, pro dispositionibus suis et condicione, necessarium temporis spatium adfuerit ad fidem initialem concipiendam et ad ostendenda prima conversionis indicia. b) Ubi candidati numerosi esse solent, exspectetur donec numerus eorum sufficientem coetum efformet pro catechesi et liturgicis ritibus. c) Determinentur in anno duae vel, pro necessitate, tres dies seu tempora opportuiora, in quibus de more ritus perficietur.	§ 1. Tempus legitimum seu consuetum 50. Quod attinet ad tempus celebrandi ritum ad faciendos catechumenos, haec notanda sunt: 1° Ne sit praematurum: exspectetur donec candidatis, pro dispositionibus suis et condicione, necessarium temporis spatium adfuerit ad fidein initialem concipiendam et ad ostendenda prima conversionis indicia (cf. supra n. 21). 2° Ubi candidate numerosi esse solent, exspectetur donec numerus eorum sufficientem coetum efformet pro catechesi et liturgicis ritibus, 3° Statuantur in anno duae vel, pro necessitate, tres dies seu tempora opportuniora, in quibus de more ritus perficiatur.	*A.* Tempus legitimum seii consuetum 50. Quod attinet ad tempus celebrandi ritum ad faciendos catechumenos, haec notanda sunt: 1) Ne sit praematurum: exspectetur donec candidatis, pro dispositionibus et condicione, necessarium temporis spatium affuerit ad fidem initialem concipiendam et ad ostendenda prima conversionis indicia (cf. supra n. 20). 2) Ubi numerus candidatorum maior esse solet, exspectetur donee ccetus efformetur sufficiens pro catechesi et liturgicis ritibus. 3) Statuantur in anno duae vel, pro necessitate, tres dies seu tempora opportuniora, in quibus de more ritus perficiatur.
42. Quanto tempore curriculum totius catechumenatus perducendum sit, iam n. 15 dictum est.	50. Quanto tempore curriculum totius catechumenatus perducendum sit, iam n. 15 significatum est.		
43. Ritus " electionis" seu "nominum inscriptione" celebrari soleat in prima Dominica Quadragesimae. Pro opportunitate parum anticipari potest vel etiam celebrari in hebdomada. Praeterea, si celebratio sacramentorum in paschalibus sollemniis non cadit, attendant ut intervallum circiter quadraginta dierum semper adsit inter "electionem" et celebrationem sacramentorum.	51. Ritus “electionis” seu “nominis inscriptionis” de more celebretur prima dominica in Quadragesima. Pro opportunitate, anticipari potest leviter vel etiam celebrari in hebdomadam.	51. Ritus "electionis" seu "nominis inscriptionis" de more celebretur prima dominica in Quadragesima. Pro opportunitate, parum anticipari potest vel etian celebrari infra hebdomadam.	51. Ritus “electionis” seu “nominis inscriptionis” de more celebretur prima dominica in Quadragesima. Pro opportunitate, paulo anticipari potest vel etiam celebrari infra hebdomadam.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
44. Scrutinia locum habeant in Dominica 3ª, 4ª, 5ª Quadragesimae; pro necessitate in aliis Dominicis eiusdem Quadragesimae, immo etiam in feriis hebdomadae magis congruis. Nullum scrutiniorum omittatur. Deficiente tempore, anticipata electione, anticipetur etiam primum scrutinium.	52. Scrutinia locum habeant in Dominica 3ª, 4ª, 5ª Quadragesimae; pro necessitate in aliis Dominicis eiusdem Quadragesimae, immo etiam in feriis hebdomadae magis congruis. Tria celebrentur "scrutinia"; propter impedimenta gravia Episcopus dispensare potest a participatione unius. Deficiente autem tempore, anticipata electione, anticipetur etiam primum scrutinium; attendatur tamen in hoc casu ut "tempus purificationis et illuminationis" non protrahatur ultra octo hebdomadas.	52. "Scrutinia" locum habeant dominica 3a, 4a et 5a in Quadragesima, pro necessitate aliis dominicis eiusdem Quadragesimae, immo etiam in feriis hebdomadae magis congruis. Tria celebrentur "scrutinia"; propter impedimenta gravia Episcopus dispensare potest a participatione unius. Deficiente autem tempore, anticipata electione, anticipetur etiam primum scrutinium; attendatur tamen in hoc casu ne "tempus purificationis et illu-minationis" protrahatur ultra octo hebdomadas.	52. "Scrutinia" locum habeant dominica III, IV et V in Quadragesima, pro necessitate aliis dominicis eiusdem Quadragesimae, immo etiam in feriis hebdomadae magis congruis. Tria celebrentur "scrutinia"; attamen propter impedimenta gravia Episcopus potest ab uno vel etiam inextraordinariis adiunctis a duobus dispensare. Deficiente autem tempore, anticipata electione, anticipetur etiam primum scrutinium; attendatur tamen in hoc casu ne "tempus purificationis et illuminationis" protrahatur ultra octo hebdomadas.
45. Ab antiquitate traditiones, cum scrutinia sequantur, pertinent ad idem tempus illuminationis et celebrantur intra hebdomadam: Symbolum traditur in hebdomada post primum scrutinium; Oratio dominica, post tertium. Attamen, propter opportunitatem pastoralem, quo ditior liturgia temporis catechumenatus fiat, traditiones transferri possunt et celebrari intra catechumenatum ad modum "ritus transitus" (cf. n. 64-66). Traditio ipsa Symboli potest etiam coniungi cum ritu ad faciendos catechumenos.	53. Ab antiquitate traditiones, cum scrutinia sequantur, pertinent ad idem tempus purificationis et illuminationis; celebrantur intra hebdomadam. Symbolum traditur in hebdomada post primum scrutinium; Oratio dominica, post tertium. Attamen, propter opportunitatem pastoralem, quo ditior fiat liturgia temporis catechumenatus, traditiones transferri possunt et celebrari intra catechumenatum ad modum "ritus transitionis" (cf. nn. 68-69)	53. Ab antiquitate "traditiones", cum scrutinia sequantur, perti-nent ad idem tempus purificationis et illuminationis; cele-brentur tamen intra hebdomadam. Symbolum traditur in hebdomada post primum scrutinium; Oratio autem dominica, post tertium. Attamen, pro opportunitate pastorali, quo ditior fiat liturgia temporis catechumenatus, traditiones transferri possunt et celebrari intra catechumenatum ad modum "ritus transitionis" (cf. nn. 155-136).	53. Ab antiquitate "traditiones", cum post scrutinia fiant, pertinent ad idem tempus purificationis et illuminationis; celebrentur autem intra hebdomadam. Symbolum traditur in hebdomada post primum scrutinium; Oratio autem dominica, post tertium. Attamen, pro opportunitate pastorali, quo ditior fiat liturgia temporis catechumenatus, traditiones transferri possunt et celebrari intra catechumenatum ad modum "ritus transitionis" (cf. nn. 125-126).
46. Sabbato sancto, dum dies est, vel iam feria VIª perficiuntur "ritus immediate praeparatorii": "Ephphetha", redditio Symboli et, pro opportunitate vel necessitate, unctio praebaptismalis olei catechumenorum.	54. In die Sabbato sancto, dum electi, a labore vacantes (cf. N. 27), recollectioni mentis se dedunt, peragi possunt varii ritus immediate praeparatorii: redditio Symboli, ritus Ephphetha, electio nominis christiani, immo unctio cum oleo catechumenorum (cf. Rituale, nn. 133-147).	54. Sabbato sancto, dum electi, a labore vacantes (cf. supra n. 27 § 2°), recollectioni mentis se dedunt, peragi possunt varii ritus immediate praeparatorii: redditio Symboli, ritus "Ephphetha", electio nominis christiani, immo unctio cum oleo catechumenorum (cf. nn. 200-214).	54. Sabbato sancto, cum electi, a labore vacantes (cf. supra n. 26), meditationi se dedunt, peragi possunt varii ritus immediate prasparatorii: redditio Symboli, ritus "Ephphetha", electio nominis christiani, immo unctio cum oleo catechumenorum (cf. nn. 193-207).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
47. Propter rationes manifestas, sacramenta initiationis adultorum celebrantur, quantum fieri potest, in nocte vel die Paschae. Si autem bis in anno celebratio requiratur, altera fiat in Dominica Pentecostis vel saltern in aliqua Dominica, cum hac die mysterium paschale semper recolabur.	55. In ipsa Vigilia paschali celebrantur sacramenta initiationis adultorum (cf. supra n. 48). Ad numerum autem baptizatandorum attendatur. Dum magna pars eorum in hac ipsa nocte admittuntur ad sacramenta, alios licet ad dies infra octavam Paschatis remittere, sive in ecclesia primaria, sive in stationibus secundariis. Quo in casu usurpetur vel Missa diei propria vel Missa ritualis pro initiatione christianorum, adhibitis etiam lectionibus Vigiliae paschalis.	55. In ipsa Vigilia paschali celebrentur sacramenta initiationis adultorum (cf. supra n. 8 et 49). Si autem numerus eorum permagnus est, cum magna pars eorum in hac ipsa nocte admittuntur ad sacramenta, alios licet ad dies infra octavam Paschatis remittere, sive in ecclesia primaria, sive in stationibus secundariis. Quo in casu usurpetur vel Missa diei propria vel Missa ritualis pro initiatione Christianorum, adhibitis etiam lectionibus Vigiliae paschalis.	55. In ipsa Vigilia paschali sacramenta initiationis adultorum celebrentur (cf. nn. 8 et 49). Si autem catechumeni permuiti sunt, maior pars eorum hac ipsa nocte sacramentis donatur, ceteri autem ad dies infra octavam Paschae remitti possunt et sacramentis renovari vel in ecclesiis primariis vel etiam in stationibus secundariis. Quo in casu usurpetur vel Missa diei propria vel Missa ritualis pro initiatione christianorum, adhibitis etiam lectionibus Vigiliae paschalis.
48. Omnia initiationis sacramenta, nempe Baptismus, Confirmatio et Eucharistia, quantum fieri potest, perficiantur una simul, ut clarius appareant continuitas initiationis et perfecta structurae christianae unitas. Exinde valde optatur praesentia ipsius Episcopi. Qui, si adesse nequeat, delegationem celebranti tribuat ad Confirmationem baptizatis conferendam.			
49. Si vero, propter graves difficultates vel ad maius bonum pastorale Conferentia Episcopalis decreverit ut collatio Confirmationis remittatur ad temporis mystagogiae finem, celebratio fiat in Dominica Pentecostis.	56. Propter graves difficultates Episcopus permittere potest ad casum ut collatio Confirmationis remittatur circa finem temporis mystagogiae, v.g. in dominica Pentecostis (cf. n. 70).	56. Propter graves difficultates Episcopus permittere potest ad casum ut collatio Confirmationis remittatur circa finem temporis mystagogiae, v.g. in dominica Pentecostes (cf. n. 234).	56. Quibusdam in casibus collatio Confirmationis remitti potest circa finem temporis mystagogiae, v. g. in dominicam Pentecostes (cf. n. 237).
50. Omnibus et singulis Dominicis post Pascham habeantur sic dictae "Missae pro neophytis", ad quas et communitas et noviter baptizati cum patrinis instanter invitantur.	57. Omnibus et singulis dominicis post Pascham habeantur sic dictae “Missae pro neophytis”, ad quas et communitas et noviter baptizati cum patrinis instanter invitantur (cf. supra n. 40).	57. Omnibus et singulis dominicis post Pascha habeantur sic dictae "Missae pro neophytis", ad quas et communitas et noviter baptizati cum patrinis instanter invitantur (cf. supra n. 40).	57. Omnibus et singulis dominicis post primam Paschae habeantur sic dictae “Missae pro neophytis”, ad quas et communitas et noviter baptizati cum patrinis instanter invitantur (cf. supra n. 40).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
51. In Dominica Pentecostis, etiamsi neophyti Confirmationem hac die non recipiant, instauretur aliqua celebratio, additis etiam profanis festivitatibus, ad claudendum tempus mystagogiae et iter spirituale neophytorum.			
	B. Extra tempora 58. Etsi Ordo initiationis ita de more disponendus est ut in Vigilia paschali sacramenta celebrentur, tamen, propter adiuncta insolita et necessitates pastorales, admittendum est ut ritus praecipui celebrentur extra Quadragesimam et sacramenta extra Vigiliam vel diem Paschae. Quo in casu, mutatis punctis insertionis in anno liturgico, ipsa totius Ordinis structura, cum opportunis intervallis, eadem maneat. Aptationes autem fiant prout sequitur.	§ 2. Extra tempora 58. Etsi Ordo initiationis ita de more disponendus est ut in sacramenta Vigilia paschali celebrentur, tamen, propter adiuncta insolita et necessitates pastorales, admittendum est ut ritus praecipui celebrentur extra Quadragesimam et sacramenta ipsa extra Vigiliam vel diem Paschae. In adiunctis etiam ordinariis, solummodo tamen propter graves necessitates pastorales, v.g. ubi permulti sunt baptizandi, seligere licet, praeter curriculum initiationis in Quadragesima de more peractum, aliud tempus ad sacramenta initiationis celebranda. Quibus in casibus, mutatis punctis insertionis in anno liturgico, ipsa totius Ordinis structura, cum opportunis intervallis, eadem maneat. Aptationes autem fiant prout sequitur.	*B.* Extra tempora 58. Etsi Ordo initiationis ita de more disponendus est ut sacramenta in Vigilia paschali celebrentur, tamen, propter adiuncta insolita et necessitates pastorales, permittitur ut ritus electionis necnon temporis purificationis et illuminationis celebrentur extra Quadragesimam et sacramenta ipsa extra Vigiliam vel diem Paschae. In adiunctis etiam ordinariis, solummodo tamen propter graves necessitates pastorales, v. g. ubi permuiti sunt baptizandi, seligere licet, praster curriculum initiationis in Quadragesima de more peractum, aliud tempus, praeprimis tempus paschale, ad sacramenta initiationis celebranda. Quibus in casibus, mutatis momentis insertionis in anno liturgico, ipsa totius Ordinis structura, cum opportunis intervallis, eadem maneat. Accommodationes autem fiant prout sequitur.
	59. Sacramenta ipsa initiationis celebrentur in die dominica.	59. Sacramenta ipsa initiationis quantum fieri poterit, celebrentur die dominica, adhibita, pro opportunitate, aut Missae dominicae aut Missa rituali propria (cf. supra n. 55).	59. Sacramenta ipsa initiationis, quantum fieri poterit, celebrentur die dominica, adhibita, pro opportunitate, aut Missa dominicae aut Missa rituali propria (cf. supra n. 55).
	60. Ritus ad catechumenos faciendos locum habebit tempore congruo, uti dicitur in n. 49.	60. Ritus ad catechumenos faciendos locum habeat tempore congruo, uti dictum est n. 50.	60. Ritus ad catechumenos faciendos locum habeat tempore congruo, uti dictum est n. 50.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	61. “Electio” celebretur circiter sex hebdomadis ante sacramenta initiationis, ita ut adsit tempus sufficiens pro scrutiniis et traditionibus. Cavent ne celebratio electionis cadat in sollemnitatem anni liturgici. Pro ritu usurpentur lectiones in Rituali assignatae, Formularium autem Missae erit vel Missae diei vel Missae votivae.	61. "Electio" celebretur circiter sex hebdomadis ante sacramenta initiationis, ita ut sufficiens adsit tempus pro scrutiniis et traditionibus. Caveatur ne celebratio electionis cadat in sollemnitatem anni liturgici. Pro ritu usurpentur lectiones in Rituali assignatae. Formularium autem Missae erit vel Missae diei vel Missae ritualis (adhuc eleborandae).	61. “Electio” celebretur fere sex hebdomadis ante sacramenta initiationis, ita ut sufficiens adsit tempus pro scrutiniis et traditionibus. Caveatur ne celebratio electionis cadat in sollemnitatem anni liturgici. Pro ritu usurpentur lectiones in Rituali assignatae, Formularium autem Missae erit vel diei vel Missae ritualis.
	62. “Scrutinia” non celebrentur in sollemnitate sed in dominica vel etiam infra hebdomadam, servatis consuetis intervallis. Pro ritu usurpentur lectiones in Rituali assignatae. Formularium autem Missae erit vel Missae diei vel Missae votivae.	62. "Scrutinia" ne celebrentur in sollemnitate sed in dominica vel etiam infra hebdomadam, servatis consuetis intervallis. Pro ritu usurpentur lectiones in Rituali assignatae. Formularium autem Missae erit vel Missae diei vel Missae ritualis.	62. “Scrutinia” non in sollemnitatibus, sed diebus dominicis vel etiam infra hebdomadam, servatis consuetis intervallis, celebrentur, lectiones usurpando in Rituali assignatas. Formularium Missae erit vel diei vel Missae ritualis, ut infra n. 374 bis.
	63. In celebratione baptismi ne desit, quantum fieri poterit, benedictio seu consecratio aquae.		
IV. De locis initiationis 52. Ritus temporis catechumenatus, illuminationis et mystagogiae locum habent in ecclesia aut in loco sacro vel apto. Prima pars Ordinis ad faciendos catechumenos, uti patet, ad ianuam ecclesiae, in atrio vel ingressu.	IV. De locis initiationis 64. Ritus temporis catechumenatus, illuminationis et mystagogiae locum habent in ecclesia aut in loco sacro vel apto. Prima pars Ordinis ad faciendos catechumenos, uti patet, ad ianuam ecclesiae, in atrio vel ingressu vel in alia parte convenienti.	§ 3. De locis initiationis 63. Ritus fiant in locis congruentibus, prout significatur in Rituali. Ratio habeatur necessitatum peculiarium, quae oriuntur in stationibus secundariis regionum Missionis.	*C.* De locis initiationis 63. Ritus fiant in locis congruentibus, prout significatur in Rituali. Ratio habeatur necessitatum peculiarium, quas oriuntur in stationibus secundariis regionum missionis.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
53. Optatur ut celebratio sacramentorum initiationis aliquoties locum habeat in ipsa ecclesia cathedrali. Quando fieri nequit, seligatur propter sollemnitatem eventus, ecclesia maioris momenti.	65. Optandum est ut celebratio sacramentorum initiationis fiat in ecclesiis paroecialibus. Praestat ut Episcopus ipse praesideat sive in ecclesia cathedrali sive, secundum necessitates pastorales, in alia ecclesia conveniente. Ubi autem numerosiores sunt baptizandi, celebratio fiat etiam in stationibus secundariis, ad actuosam fovendam participationem uniuscuiusque communitatis localis.		
54. Baptismus adultorum celebratur, uti de more, in baptisterio; quod si omnes praesentes continere nequeat, in loco aptiore in ecclesia, accedentibus tempore opportune catechuinenis, pa-trinis et catechistis.	66. Baptismus adultorum de more celebretur in baptisterio, quod si omnes praesentes continere nequeat, seligatur in ecclesia locus aptior, quo accedent tempore opportuno catechumeni, patrini et catechistae.		
55. Confirmatio celebretur in presbyterio, in quod, si Baptismus locum habuerit in baptisterio, Episcopus vel sacerdos delegatus cum ceteris presbyteris et diaconis, neophyti cum patrinis et catechistis se conferunt.	67. Confirmatio celebretur in presbyterio, in quod, si Baptismus locum habuerit in baptisterio, Episcopus vel sacerdos delegatus cum ceteris presbyteris et diaconis, neophyti cum patrinis et catechistis se conferunt.		
V. DE APTATIONIBUS QUAS CONFERENTIAE EPISCOPALES ET EPISCOPI FACERE POSSUNT 56. Praeter aptationes in Praenotandis generalibus (nn. 30-33) praevisas, Ordo initiationis adultorum alias accommodationes ab Episcopalibus Conferentiis definiendas admittit.	V. DE APTATIONIBUS QUAS CONFERENTIAE EPISCOPALES ET EPISCOPI FACERE POSSUNT 68. Praeter aptationes in Praenotandis generalibus (nn. 30-33) praevisas, Ordo initiationis adultorum alias accommodationes ab Episcopalibus Conferentiis definiendas admittit.	IV. -DE APTATIONIBUS QUAS CONFERENTIAE EPISCOPALES FACERE POSSUNT 64. Praeter aptationes in Praenotandis generalibus (nn. 30-33) praevisas, Ordo initiationis adultorum alias accommodationes a Conferentiis Episcopalibus definiendas admittit.	IV. DE APTATIONIBUS, QUAS CONFERENTIAE EPISCOPALES, HOC RITUALI ROMANO UTENTES, FACERE POSSUNT 64. Praeter aptationes in Praenotandis generalibus (nn. 30-33) praevisas, Ordo initiationis adultorum alias accommodationes a Conferentiis Episcopalibus definiendas admittit.

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
57. Prout in ipso Rituali Romano indicatur, ad placitum illarum Conferentiarum haec statui possunt : 1° Ante catechumenatum, ubi opportunum esse videtur, instaurari potest in regionibus missionis modus recipiendi candidates, qui propensionem exhibent ad fidem christianam. 2° Sicubi falsi cultus passim florent, inseratur in Ordine ad faciendos catechumenos, ad nn. 11 et 12, primus exorcismus primaque abrenuntiatio. 3° Ubi, iuxta praxim religionum non christianarum, initiatis nomen novum statim datur, candidatis novum noman imponatur in Ordine ad catechumenos faciendos, ad n. 20.	69. Prout in ipso Rituali Romano indicatur, ad placitum illarum Conferentiarum haec statui possunt : 1° Ante catechumenatum, ubi opportunum esse videtur, instaurari potest modus recipiendi candidatos, qui propensionem quamdam exhibent ad fidem christianam, quin adhuc credant. 2° Sicubi falsi cultus passim florent, inseratur in Ordine ad faciendos catechumenos, ad nn. 12 et 13, primus exorcismus primaque abrenuntiatio. 3° Gestus pollicem signandi frontem omitti potest, ubi tactus decere non videtur (n. 16). 4° Ubi, iuxta praxim religionum non christianarum, initiatis nomen novum statim datur, candidatis novum noman imponatur in Ordine ad catechumenos faciendos, ad n. 20.	65. Prout in ipso Rituali Romano indicatur, ad placitum illarum Conferentiarum haec statui possunt: 1° Ante catechumenatum, ubi opportunum esse videtur, instituere modum quemdam recipiemdi "sympathizantes", eos scilicet qui propensionem quamdam exhibent ad fidem christianam, quin adhuc plene credant (of. supra n. 13). 2° Sicubi falsi cultus passim florent, inserere in Ordine ad faciendos catechumenos, nn. 79 et 80, primus exorcismus primaque abrenuntiatio. 3° Statuere ut gestus signandi frontem fieri possit ante frontem, ubi tactus decere non videtur (cf. ibid. n. 83). 4° Ubi, iuxta.praxim religionum non christianarum, initiatis nomen novum statim datur, statuere ut candidatis novum imponatur in Ordine ad catechumenos faciendos, ad n. 87	65. Ad placitum illarum Conferentiarum haec statui possunt: 1) Ante catechumenatum, ubi opportunum esse videtur, instituere modum quendam recipiendi fautores (“sympathizantes”) (cf. supra n. 12). 2) Sicubi cultus gentilitii passim floreant, inserere in Ordinem ad catechumenos faciendos, nn. 79 et 80, primum exorcismum primamque abrenuntiationem. 3) Statuere ut gestus frontem signandi fiat ante frontem, sicubi tactus decere non videatur (n. 83). 4) Ubi, iuxta praxim religionum non christianarum, initiatis nomen novum statim datur, statuere ut candidatis novum nomen imponatur in Ordine ad catechumenos faciendos (n. 88).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
4° Secundum consuetudines locorum, admittantur in eodem Ordine, ad n. 21, ritus auxiliarii ad significandam receptionem in communitatem. 5° In tempore autem catechumenatus, praeter ritus consuetos (nn. 37-63), instaurari possunt ritus transitus, uti "traditiones" anticipandae vel etiam ritus unctionis (nn. 64-69). 6° Omnes "ritus immediate praeparatorii," urgentibus difficultatibus, omitti possunt (n. 137) 7° Unctio praebaptismalis olei catechumenorum omitti potest (n. 153) vel transferri inter ritus immediate praeparatorios (nn. 140 vel 144). 8° Formulae abrenuntiationis pressiores et ditiores fieri possunt (n. 152) 9° Propter graves difficultates et ad maius bonum pastorale celebratio Confirmationis potest separati a Baptismo et remitti ad finem temporis mystagogiae (nn. 49 et 158).	5° Secundum consuetudines locorum, admittantur in eodem Ordine, ad n. 21, ritus auxiliarii ad significandam receptionem in communitatem. 6° In tempore autem catechumenatus, praeter ritus consuetos (nn. 37-67), instaurari licet ritus transitus, uti "traditiones" anticipandae (nn. 68-69), ritus "Ephphatha," redditio Symboli vel etiam unctio cum oleo catechumenorum (nn. 70-72). 7° Decerni potest omissio unctionis praebaptismalis cum oleo catechumenorum (n. 156) vel eius translatio sive inter ritus immediate praeparatorios (nn. 146-147) sive inter ritus transitorios temporis catechumenatus (nn. 70-72). 8° Formulas abrenuntiationis pressiores et ditiores reddere (n. 155, cf. n. 12). 9°Pro casu particulari, propter graves difficultates celebrationem Confirmationis separare a Baptismo et remittere circa finem temporis mystagogiae (supra n. 56, cf. Rituale n. 166).	5° Secundum consuetudines locorum, admittere in eodem Ordine, ad n. 88, ritus auxiliarii ad significandam receptionem in communitatem. 6° Tempore autem catechumenatus, praeter ritus consuetos (nn. 105-134), instaurare "ritus transitionis", uti "traditiones" anticipandas (nn. 135-136), ritum "Ephphetha", redditionem Symboli vel etiam unctionem cum oleo catechumenorum (nn. 137-139). 7° Decernere omissionem unctionis praebaptismalis (n. 224) vel eius translationem sive inter ritus immediate praeparatorios (nn. 213-214) sive inter ritus transitionis intra tempus catechuice atus (nn. 137-139). 8° Formulas abrenuntiationis pressiores et ditiores reddere (cf. nn. 223 et iam 80).	5) Secundum consuetudines locorum, admittere in eodem Ordine, n. 89, ritus auxiliarios ad significandam receptionem in communitatem. 6) Tempore autem catechumenatus, praeter ritus consuetos (nn. 106-124), instaurare "ritus transitionis", uti "traditiones" anticipandas (nn. 125-126), ritum "Ephphetha", redditionem Symboli vel etiam unctionem cum oleo catechumenorum (nn. 127-129). 7) Decernere omissionem unctionis catechumenorum (n. 218) vel eius translationem inter ritus immediate preparatories (nn. 206-207) vel eius usum intra tempus catechumenatus ad modum "ritus transitionis" (nn. 127-132). 8) Formulas abrenuntiationis pressiores et ditiores reddere (cf. nn. 217 et 80).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
58. Episcopi autem, pro sua dioecesi, competit: 1° In ritu electionis pressius determinare modum investigandi et interrogandi de idoneitate catechumenorum (nn. 81) et modum inscribendi vel declarandi nomina (n. 83). 2°In sua absentia, delegationem dare ad Confirmationem sacerdoti, qui sacramentis initiationis praesidet. 3° Accessum ad communionem calicis permittere non solis neophytis, sed etiam omnibus qui in n. 165 nominantur.	70. Episcopi autem, pro sua dioecesi, competit: 1° definire longitudinem temporis catechumenatus (nn. 21 et 50). 2° statuere an et quando Ordo initiationis celebrari possit extra tempora, sive in genere sive ad casum. 3° catechistis deputationem conferre eosque benedicere ad exorcismos minores conferendos (nn. 47 et 44). 4° in ritu electionis pressius determinare modum investigandi et interrogandi de idoneitate catechumenorum (n. 83) et modum inscribendi vel declarandi nomina (n. 86). 5° In sua absentia, delegationem dare ad Confirmationem presbytero, qui sacramentis initiationis praesidet. 6° Pro casu particulari, propter graves difficultates celebrationem Confirmationis separare a Baptismo et remittere circa finem temporis mystagogiae (supra n. 56; cf. Rituale n. 166). 7° De Accessu ad communionem calicis iudicium ferre non solis neophytis, sed etiam omnibus qui n. 170 nominantur.	IV. -DE IIS QUAE EXSPECTANTUR AB EPISCOPIS 66. Episcopo autem, pro sua dioecesi, competit: 1° Institutionem catechumenatus condere et pro necessitatibus normas opporturras decernere. 2° Ad casum statuere an et quando Ordo initiationis celebrari possit extra tempora. 3° dispensare ab uno scrutinio et permittere ut ex parte vel ex toto adhibeatur Ritus simplicior. 4° Catechistis deputationem tradere ad exorcismos et benedictiones impertiendos (cf. supra nn. 44 et 4-7). 5° Ritui "electionis" praesidere et ratam habere per se vel per delegatum admissionem electorum. 6° In sua absentia, delegationem dare ad Confirmationem presbytero, qui sacramentis initiationis praesidet.	<u>V. DE IIS QUAE AD EPISCOPUM SPECTANT</u> 66. Episcopo autem, pro sua dioecesi, competit: 1) Institutionem catechumenatus condere et pro necessitatibus normas opportunas decernere (cf. n. 44). 2) Prout adiuncta ferunt statuere an et quando Ordo initiationis celebrari possit extra tempora (cf. n. 58). 3) Dispensare propter impedimenta gravia ab uno scrutinio vel etiam, in extraordinariis adiunctis, a duobus (cf. n. 240). 4) Permittere ut ex parte vel ex toto adhibeatur Ritus simplicior (cf. n. 240). 5) Catechistis, qui revera digni sunt et opportune praeparati, deputationem tradere ad exorcismos et benedictiones peragenda (cf. nn. 44 et 47). 6) Ritui “electionis” praesidere et ratam habere per se vel per delegatum admissionem electorum (cf. n. 44).

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
VI. DE ACCOMMODATIONIBUS QUAE MINISTRO COMPETUNT [Praeparatur ritus pro magno concursu initiandorum ne non pro initiatione unius] 59. Si forte initiatio adultorum extra Vigiliam paschalem in Missa dominicali habeatur, celebratio hoc modo ordinatur: 1° In liturgia verbi: a) Lectiones sumuntur e Missa dominicae, aut, si speciales rationes adsunt, ex iis quae in Ordine Baptismi proporuntur. b) Homilia e textu sacro fiat: rationem autem habeat initiationis celebrandae. c) Symbolum non dicitur, eo quod eius locum tenet professio fidei, quae ab universa communitate fit ante Baptismum. d) Oratio universalis ex iis quae habentur in Ordine Baptismi sumitur. In fine autem additur deprecatio pro Ecclesia universali et necessitatibus mundi. 2° Celebratio sacramentorum prosequitur inde a benedictione fontis.			
60. Si propter graves rationes extra Missam celebrantur sacramenta initiationis, 1° instruatur aliqua liturgia verbi cum Iectionibus, homilia et oratione communi. 2° Celebratio sacramentorum prosequitur inde a benedictione fontis.			

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
	VI. DE ACCOMMODATIONIBUS QUAE MINISTRO COMPETUNT 71. Celebrantis vel ministri est inprimis cognoscere facultates varias tum in structura totius Ordinis initiationis tum in ritibus particularibus oblatas, inter eas eligere secundum necessitates pastorales, opportunitates temporis et loci, necnon bonum et vota candidatorum et ita definire viam aptam pro temporibus, personis et formulariis.		
61. Praeter invitationem in Praenotandis generalibus n. 34 factam, ministri est, ad normam eorumdem Praenotandorum n. 35, aliquas accommodationes decursu rituum inducere, quae ab ipsis rerum adiunctis postulantur, cuiusmodi sunt : 1° Si in dialogo initiali (n. 8) candidati non responderunt "Vitam aeternam", sed v.g. "Gratiam Christi" vel "Ingressum in Ecclesiam" vel aliam liberam declarationem, accommodanda erunt prima verba catecheseqs sunmarii, cum soli responsioni "Vitam aeternam" congruant (n. 9). 2° Si in familia alicuius catechumeni luctus vel grave damnum , acciderit, deprecatio opportune fiat in litaniis vel in oratione communi rituum catechumenatus.	72. Praeter invitationem in Praenotandis generalibus n. 34 factam, ministri est, ad normam eorumdem Praenotandorum n. 35, aliquas accommodationes decursu rituum inducere, quae ab ipsis rerum adiunctis postulantur, cuiusmodi sunt : 1° Si in dialogo initiali ad faciendos catechumenos (n. 8) candidati non responderunt “Vitam aeternam,” sed v.g. “Gratiam Christi” vel “Ingressum in Ecclesiam” vel aliam liberam declarationem, accommodanda erunt prima verbi “summae Evangelii,” id est “Vita aeterna haec est…” 2° Quando sacramenta iitiationis celebrantur extra Vigiliam paschalem, auferantur vel accomodentur allusiones ad hanc noctem. 3° Si in familia alicuius catechumeni luctus vel grave damnum , acciderit, deprecatio opportune fiat in litaniis vel in oratione communi rituum catechumenatus, etc.	VI. DE ACCOMMODATIONIBUS QUAE MINISTRO COMPETUNT 67. Celebrantis est plene et intelligenter uti libertate quae ipsi sive in Praenotandis generalibus n. 34 sive in rubricis Ritualis deinceps relinquittir. Multis in locis de consulto modus agendi et precandi non determinatus est vel duae solutiones ob-latae sunt (cf. nn.) ut celebrans ritum secundum prudens iudicium suum pastorale condicioni candidatorum et adstantium possit accommodare. Maxima libertas relicta est quoad Orationem universalem. Quae pro adiunctis semper abbreviari vel mutari potest vel etiam ditari intentionibus, quae speciali condicioni candidatorum (v.g. luctui qui alicui ex iis in familia occurrerit) vel adstantium (v.g. luctui communi paroeciae vel civitatis) respondeat.	VI. DE ACCOMMODATIONIBUS QUAE MINISTRO COMPETUNT 67. Celebrantis est plene et intellegenter uti libertate quae ipsi sive in Praenotandis generalibus, n. 34, sive in rubricis Ordinis deinceps tribuitur. Multis in locis de consulto modus agendi et precandi non determinatus est vel duae solutiones oblatae sunt, ut celebrans ritum secundum prudens iudicium suum pastorale condicioni candidatorum et astantium possit accommodare. Maxima libertas relicta est in monitionibus et in supplicationibus, quae pro adiunctis semper abbreviari vel mutari possunt vel etiam ditari intentionibus, ut respondeant speciali condicioni sive candidatorum (v. g. luctui vel gaudio quod alicui ex iis in familia occurrerit) sive astantium (v. g. luctui vel gaudio communi parceciae aut civitatis). Ipsius etiam celebrantis erit textus accommodare, mutatis genere ac numero, pro cuiusvis circumstantiae opportunitate

Draft Praenotanda (6/22/69)	Revised Praenotanda (8/6/69)	S-352	OICA
			[1] *Sacrosanctum Concilium,* 64-66; *Ad gentes,* 14; *Christus Dominus,* 14 [2] *Sacrosanctum Concilium*, 109 [3] Derogatur can. 790 C.I.C. [4] *Ad gentes,*. 13 [5] *Ad gentes,* 14 [6] *Ad gentes,* 13 [7] *Lumen gentium,*14; *Ad gentes,* 14 [8] *Ordo celebrandi Matrimonium,* 55-56 [9] *Ad gentes,* 14 [10] *Ad gentes,* 13 [11] *Ad gentes,* 14 [12] *Sacrosanctum Concilium,* 64 [13] *Sacrosanctum Concilium,* 109 [14] *Ad gentes,* 14. [15] *Sacrosanctum Concilium,*110 [16] *Ad gentes,* 14 [17] *Lumen gentium,* 17 [18] *Apostolicam actuositatem,* 6. [19] Praenotanda generalia, 8. [20] Praenotanda generalia, 12. [21] Abrogatur in hoc casu can. 1153 C.I.C. [22] Praenotanda generalia, 13-15. [23] *Presbyterorum Ordinis,* 6. [24] *Ordo Confirmationis,* Praenotanda, n. 7 b [25] Cf. *ibid.,* n. 8. [26] *Lumen gentium,* 26; *Ad gentes,*16. [27] *Sacrosanctum Concilium,* 79

APPENDIX B

OFFICIAL REVISIONS TO THE ORDO CATECHUMENATUS GRADUS DISPOSITUS

FROM 1965 TO 1969

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
CAPUT II ORDO PER GRADUS CATECHUMENATUS DISPOSITUS	CAPUT II ORDO CATECHUMENATUS PER GRADUS DISPOSITUS	CAPUT II ORDO CATECHUMENATUS PER GRADUS DISPOSITUS	CAPUT II ORDO CATECHUMENATUS PER GRADUS DISPOSITUS	CAPUT II ORDO CATECHUMENATUS PER GRADUS DISPOSITUS
PRIMUS GRADUS: ORDO AD CATECHUMENATUS FACIENDUM	PRIMUS GRADUS: ORDO AD CATECHUMENUM FACIENDUM	PRIMUS GRADUS: ORDO AD CATECHUMENUM FACIENDUM	PRIMUS GRADUS: ORDO AD CATECHUMENOS FACIENDOS	PRIMUS GRADUS: RITUS AD CATECHUMENOS FACIENDOS
			1. Ordo quo ii, qui christiani fieri intendunt, inter catechumenos annumerantur, celebratur cum, accepta prima Dei viventis annuntiatione, initialem iam fidem in Christum habent. Exinde praesupponitur absoluta prima “evangelizatio”, initium conversionis et fidei ac sensus Ecclesiae praeviumque cum sacerdote vel aliquibus membris communitatis commercium necnon praeparatio ad hunc ordinem liturgicum.	68. Ordo quo ii, qui christiani fieri intendunt, inter catechumenos annumerantur, celebratur cum, accepta prima Dei viventis annuntiatione, initialem iam fidem in Christum Salvatorem habent. Exinde praesupponitur absoluta prima “evangelizatio”, initium conversionis et fidei ac sensus Ecclesiae praeviumque cum sacerdote vel aliquibus membris communitatis commercium necnon praeparatio ad hunc ordinem liturgicum.
			2. Ante catechumenorum admissionem, quae diebus determinatis inter annum iuxta locales condiciones celebrabitur, tempus pro diversis casibus opportunum et necessarium exspectetur.	69. Antequam candidati inter catechumenos admittantur , quod diebus determinatis inter annum iuxta locales condiciones fiet, tempus pro diversis casibus opportunum et necessarium exspectetur “ad motiva conversionis investignda et, si necesse est, purificanda”. (cf. Decr. De activ. Miss. Eccl., n. 13).

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
			3. Optatur ut vel integra christiana communitas vel aliqua eius pars, amicis et familiaribus cetechistisque ac sacerdotibus constans, actuosam partem celebrationi habeant.	70. Optatur ut vel integra christiana communitas vel aliqua eius pars, amicis et familiaribus cetechistisque ac sacerdotibus constans, actuosam partem celebrationi habeant.
			4. Adsint praeterea “sponsores” qui candidatos, ab ipsis adductos, nunc Ecclesiae praesentant.	71. Adsint praeterea “sponsores” qui candidatos, ab ipsis adductos, nunc Ecclesiae praesentant.
			5. Ritum, qui receptione candidatorum, liturgia Verbi et dimissione eorum perficitur, Missa etiam sequi potest.	72. Ritum, qui receptione candidatorum, liturgia Verbi et dimissione eorum perficitur, Missa etiam sequi potest.
			6. Fidelibus psalmum vel hymnum aptum pro opportunitate cantantibus,	RITUS INTRODUCTIONIS 73. Fidelibus psalmum vel hymnum aptum pro opportunitate cantantibus,
1. Candidati cum sponsoribus suis expectant extra limen vel in atrio ecclesiae, circumstantibus fidelibus. Sacerdos vel diaconus, indutus alba vel superpelliceo et stola, vel etiam pluviali festivi coloris, accedit ad candidatos; si missa sequitur, color adhibendus erit color missae.	1. [Monitio praevia] Candidati cum sponsoribus extra limen vel in atrio ecclesiae, circumstantibus fidelibus. Sacerdos vel diaconus, indutus alba vel superpelliceo, et stola, vel etiam pluviali festivi coloris, accedit ad candidatos; si missa sequitur, idem color adhibendus erit ac in missae.	1. [Monitio praevia] Candidati cum sponsoribus extra limen vel in atrio ecclesiae consistunt, circumstantibus fidelibus. Sacerdos vel diaconus, indutus alba vel superpelliceo, et stola, vel etiam pluviali seu dalmatica festivi coloris, accedit ad candidatos; si Missa sequitur, idem color adhibendus erit ac in missae.	sacerdos vel diaconus, indutus alba vel superpelliceo et stola vel etiam pluviali festivi coloris, venit extra limen vel in atrium vel ingressum Ecclesiae, ubi candidati cum sponsoribus consistunt.	sacerdos vel diaconus, indutus alba vel superpelliceo et stola vel etiam pluviali festivi coloris, venit extra limen vel in atrium vel ingressum vel in locum aptum Ecclesiae, ubi candidati cum sponsoribus congregati sunt.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
Alloquitur candidatos, sponsores et circumstantes exprimendo gaudium et gratitudinem nec non inculcando eis qui candidatos adducunt nobilitatem et gravitatem talis officii. Deinde dicat: Accedant sponsores cum candidatis suis. Dum se collocant coram sacerdote, opportune cantus aptus decantatur (v.g. Ps.62, 1—9).	Alloquitur candidatos, sponsores et circumstantes significans gaudium et gratum animum necnon inculcans eis qui candidatos adducunt nobilitatem et gravitatem talis officii. Deinde dicat: Accedant sponsores cum candidatis suis. Dum se collocant coram sacerdote, opportune cantus aptus decantatur (v.g. Ps.62, 1—9).	Alloquitur candidatos, sponsores et circumstantes significans gaudium et gratum animum necnon inculcans eis qui candidatos adducunt nobilitatem et gravitatem talis officii. Deinde dicat: Accedant sponsores cum candidatis suis. Dum se collocant coram sacerdote, opportune cantus aptus decantatur (v.g. Ps.62, 1—9).	7. (Monitio praevia) – Celebrans candidatos humaniter salutat. Alloquensque eos eorumque sponsores atque adstantes omnes, gaudium Ecclesiae gratumque animum significat, et sponsoribus amicisque opportune memorat experientiam hominum sensumque religiosum cum quo candidati, iter suum spirituale seuti, ad hodiernum gressum perveniunt. Deinde invitat sponsores et candidatos ut accedant. Dum veniunt et locum occupant coram sacerdote, cantus aptus opportune decantatur: (v.g. Ps.62, 1—9).	74. (Monitio praevia) – Celebrans candidatos humaniter salutat. Alloquensque eos ipsorumque sponsores atque adstantes omnes, gaudium Ecclesiae gratumque animum significat et sponsoribus amicisque opportune memorat experientiam proprium sensumque religiosum cum quo candidati, iter suum spirituale seuti, ad hodiernum gressum perveniunt. Deinde invitat sponsores et candidatos ut accedant. Dum veniunt et locum occupant coram sacerdote, cantus aptus opportune decantatur: (v.g. Ps.62, 1—9).
2. Deinde celebrans singulos candidatos interrogat, utendo uno vel altero ex formulariis sequentibus (a vel b) secundum decisiones Conferentiae episcopalis. A) Forma prima Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus respondet: N. Cui primae interrogationi semper a singulis singillatim respondeatur, etiamsi pro candidatorum numero semel tantum omnibus simul a celebrante ponatur. Reliquae interrogationes, pro candidatorum numero, omnibus simul proponi possunt. Quae valent etiam pro altera forma dialogi.	2. [Dialogus initialis] Deinde celebrans singulos candidatos interrogat, utens uno vel altero ex formulariis sequentibus prout decrevit Coetus Episcoporum. Forma prior: Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus respondet: N. Cui primae interrogationi semper a singulis singillatim respondeatur, etiamsi ea pro candidatorum numero semel tantum omnibus simul a celebrante ponatur. Si magis placet, celebrans singulos vocat nominatim, qui respondent: Adsum. Reliquae interrogationes, pro candidatorum numero, omnibus simul proponi possunt. Quae valent etiam pro altera forma dialogi.	2. [Dialogus initialis] Deinde celebrans singulos candidatos interrogat, utens uno vel altero ex formulariis sequentibus prout decrevit Coetus Episcoporum. Forma prior: Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus respondet: N.	8. (Dialogus initialis) Deinde celebrans singulos candidatos interrogat, primo, si casus ferat, de nomine, nisi nomina, propter parvum numberum candidatorum, iam nota sint. Ait v.g.: Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus respondet: N. A singulis semper respondeatur, etiamsi interrogatio semel tantum, ratione numeri candidatorum, a celebrante ponatur. Si magis placet, celebrans singulos vocat nominatim, qui respondent: Adsum. Reliquae interrogationes, propter magnum numerum, omnibus simul proponi possunt.	75. (Dialogus initialis) Deinde celebrans singulos candidatos interrogat, primo, si casus ferat, de nomine civili seu de nomine familiae, nisi nomina, propter parvum numberum candidatorum, iam nota sint. Ait haec vel similia verba: Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus: N. Singuli semper respondeant, etiamsi interrogatio semel tantum, ratione numeri candidatorum, a celebrante fiat. Si magis placet, celebrans singulos vocat nominatim, qui respondent: Cand.: Adsum Reliquae interrogationes, propter magnum numerum, omnibus simul fieri possunt.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
Cel: Quid vis fieri? Cand: Christianus. Cel: Cur vis christianus fieri? Cand: Quia credo in Christum. Cel: Quid tibi haec fides praestat? Cand: Vitam aeternam.	Cel: Quid vis fieri? Cand: Christianus. Cel: Cur vis christianus fieri? Cand: Quia credo in Christum. Cel: Quid tibi haec fides praestat? Cand: Vitam aeternam.	*Cel: Quid vis fieri?* *Cand: Christianus.* *Cel: Cur vis christianus fieri?* *Cand: Quia credo in Christum.* *Cel: Quid tibi haec fides praestat?* *Cand: Vitam aeternam.*	<u>*Forma altera:*</u> *Cel: (N.) Quid vis fieri?* *Cand: Christianus.* *Cel: Cur vis christianus fieri?* *Cand: Quia credo in Christum?* *Cel: Fides haec quid tibi praestat?* *Cand: Vitam aeternam.*	*368. Cel: (N.) Quid vis fieri?* *Cand: Christianus.* *Cel: Cur vis christianus fieri?* *Cand: Quia credo in Christum?* *Cel: Fides haec quid tibi praestat?* *Cand: Vitam aeternam.*
B) Forma altera Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus respondet: N. Cel: Quid petis ab Ecclesia Dei? Cand: Fidem. Cel. Fides quid tibi praestat? Cand: Vitam aeternam.	Forma altera Celebrans: Quo nomine vocaris? Candidatus respondet: N. Cel: Quid petis ab Ecclesia Dei? Cand: Fidem. Cel. Fides quid tibi praestat? Cand: Vitam aeternam.	Cel: Quid petis ab Ecclesia Dei? Cand: Fidem. Cel. Fides quid tibi praestat? Cand: Vitam aeternam.	Tres formulae interrogandi ad libitum seligendae proponuntur. Forma prior Cel: Quid petis ab Ecclesia Dei? (si autem nomen antea non petivit, ait: N…, quid petis ab Ecclesia Dei?) Cand: Fidem. Cel. Fides quid tibi praestat? Cand: Vitam aeternam.	Formulae ad libitum veniunt in Appendice nn. 368-369. Cel: Quid petis ab Ecclesia Dei? Cand: Fidem. Cel. Fides quid tibi praestat? Cand: Vitam aeternam.
Cel: Quid vis fieri? *Cand: Christianus.* *Cel: Cur vis christianus fieri?* *Cand: Quia credo in Christum.* *Cel: Quid tibi haec fides praestat?* *Cand: Vitam aeternam.*	*Cel: Quid vis fieri?* *Cand: Christianus.* *Cel: Cur vis christianus fieri?* *Cand: Quia credo in Christum.* *Cel: Quid tibi haec fides praestat?* *Cand: Vitam aeternam.*	<u>Forma altera:</u> Cel: Quid vis fieri? Cand: Christianus. Cel: Cur vis christianus fieri? Cand: Quia credo in Christum. Cel: Quid tibi haec fides praestat? Cand: Vitam aeternam.	<u>Forma altera:</u> Cel: (N.) Quid vis fieri? Cand: Christianus. Cel: Cur vis christianus fieri? Cand: Quia credo in Christum? Cel: Fides haec quid tibi praestat? Cand: Vitam aeternam.	*368. Cel: (N.) Quid vis fieri?* *Cand: Christianus.* *Cel: Cur vis christianus fieri?* *Cand: Quia credo in Christum?* *Cel: Fides haec quid tibi praestat?* *Cand: Vitam aeternam.*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
14. Post homiliam, fideles sequentem orationem communem vel aliam similem pro catechumenis recitant: Celebrans: Oremus pro his catechumenis et imploremus super eos (eas) Dei et Domini nostri misericordiam Diaconus: Ut aperiat eis evangelium Christi sui, illuminet eos (eas) et benignus instituat, Dominum deprecemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diaconus: Ut edoceat eos (eas) voluntatem adimplere corde magno et animo volenti, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	14. [Oratio pro catechumenis] – Post homiliam, fideles sequentem orationem communem vel aliam similem pro catechumenis recitant: Celebrans: Oremus pro his catechumenis et imploremus super eos (eas) Dei et Domini nostri misericordiam Diaconus: Ut aperiat eis evangelium Christi sui, illuminet eos (eas) et benignus instituat, Dominum deprecemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diaconus: Ut edoceat eos (eas) voluntatem adimplere corde magno et animo volenti, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	14. [Oratio pro catechumenis] – Post homiliam, fideles sequentem orationem communem vel aliam similem pro catechumenis recitant: Celebrans: Oremus pro his catechumenis et imploremus super eos (eas) Dei et Domini nostri misericordiam. Diaconus: Ut aperiat eis evangelium Christi sui, illuminet eos (eas) et benignus instituat, Dominum deprecemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diaconus: Ut edoceat eos (eas) voluntatem adimplere corde magno et animo volenti, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	26. (Oratio communis pro catechumenis) – Deinde tota congregatio fidelium una cum sponsoribus hanc orationem communem vel aliam similem habet pro catechumenis : Celebrans: Oremus pro fratribus nostris catechumenis , qui post viam ad nos usque ductam, locum in Ecclesia nunc occupant a Deo praeparatum, ab ipsis concupitum et a nobis laetanter apertum. Lector: Ut de die in diem magis revelet eis evangelium Christi sui, Dominum deprecemur. Ut illi voluntatem ipsius adimpleant corde magno et animo volenti, Ut nostram invenient communitatem promptam ad indigentias egestatemque mundi patenter audiendam,	93. (Oratio communis pro catechumenis) – Deinde tota congregatio fidelium una cum sponsoribus hanc orationem communem vel aliam similem habet pro catechumenis: Celebrans: Gaudentes de fratribus nostris catechumenis iisque gratulantes de benigni Dei mansuetudine, qua ad hunc locum et diem adducti sunt, oremus pro ipsis, ut magnum quod adhuc restat iter usque ad plenam vitae nostrae participationem percurrere valeat . Lector: Ut Pater caelestis Christum suum eis de die in diem magis revelet , Dominum deprecemur. Omnes: Exaudi, Domine. Ut omnem Dei voluntatem corde magno et animo volenti amplectantur, D.d. Ut in via sua prosequenda sincero et continenti auxilio nostro fulciantur, D.d. Ut communitatem nostram unitate cordis conspicuam et caritate adfluentem invenient , D.d.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
Ut aperiat oculos et corda eorum (earum) pro necessitatibus hominum, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Diaconus: Ut aperiat oculos et corda eorum (earum) ad necessitatibus hominum, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Diaconus: Ut aperiat oculos et corda eorum (earum) ad necessitatibus hominum, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Ut oculi et corda eorum aperiantur, ad necessitatibus hominum, sublevendas, Ut praeveniente et opitulante caritate nostra in itinere suo indeficienter adiuventur.	Ut illorum nostrumque oculi et corda eorum magis magisque pro hominum necessitatibus aperiantur, D.d.
Ut hos catechumenos tempore opportuno dignosinveniat qui lavacro regenerationis mundentur in remissionem, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Ut nos omnes adiuvet hos catechum amare et fovere enos tanquam fratres ardentius diligendos, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Diaconus: Ut hos catechumenos tempore opportuno dignos lavacro inveniat, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diaconus: Ut nos omnes adiuvet hos catechumenos tanquam fratres ardentius diligendos, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Diaconus: Ut hos catechumenos tempore opportuno dignos lavacro inveniat, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diaconus:Ut nos omnes adiuvet hos catechumenos tanquam fratres ardentius diligendos, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Ut tempore opportuno digni habeantur lavacro regenerationis et renovationis Spiritus Sancti . Si supradicta oratio, ratione Missae postea celebrandae, locum tenet orationis universalis, adiungatur hic petitio consueta pro necessitatibus Ecclesiae et totius mundi.	Ut tempore suo lavacro regenerationis et renovationis Spiritus Sancti digni habeantur, D.d. In supradicta oratio, communi addatur petitio consueta pro necessitatibus Ecclesiae et totius mundi , si deinde, dimissis catechumenis oratio universalis omittenda sit in Missa (cf. n. 96).

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
15. Postea catechuneni sic dimittuntur: Celebrans, manibus super catechumenos extensis, pronuntiat sequentem orationem: Oremus. Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor creaturae, te supplices exoramus, ut hos famulos tuos, N., N., N. et has famulas tuas N., N., N. respicere digneris propitius: ut sint semper spiritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nomini servientes, perduc eos (eas), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	15. [Dismissio catechumenorum] – Postea catechuneni sic dimittuntur: Celebrans, manibus super catechumenos extensis, pronuntiat sequentem orationem: Oremus. Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor creaturae, te supplices exoramus, ut hos famulos tuos, N., N., N. et has famulas tuas N., N., N. respicere digneris propitius: ut sint semper spiritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nomini servientes, perduc eos (eas), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequantur. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	15. [Dismissio catechumenorum] – Postea catechuneni sic dimittuntur: Celebrans, manibus super catechumenos extensis, pronuntiat sequentem orationem: Oremus. Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor creaturae, te supplices exoramus, ut hos famulos tuos, N., N., N. et has famulas tuas N., N., N. respicere digneris propitius: ut sint semper spiritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nomini servientes, perduc eos (eas), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequantur. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	27. (Oratio conclusiva) – Expletis petitionibus, celebrans, manibus ad catechumenos extendens, profert orationem sequentem vel aliam ex iis, quae nn. Inveniuntur. Cel: Oremus. (Deus patrum nostrorum) , Deus universae conditor creaturae, te supplices exoramus, ut hos famulos tuos, N., N., et N. et has famulas tuas N., N., et N. respicere digneris propitius: ut sint semper spiritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nomini servientes . Perduc eos (eas), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum , ut una cum fidelibus tuis vitam degentes frugiferam, promissionum tuarum aeterna praemia consequantur. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	94. (Oratio conclusiva) – Petitionibus absolutis, celebrans, manibus ad catechumenos extendens, profert orationem sequentem vel aliam ex iis, quae nn. 376-377 in Appendice venient. Cel: Oremus. (Deus patrum nostrorum), Deus universae conditor creaturae, te supplices exoramus, ut hos famulos tuos, N., N., et N. et has famulas tuas N., N., et N. respicere digneris propitius: ut sint semper spiritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nomini servientes. Perduc eos (eas), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut una cum fidelibus tuis vitam degentes frugiferam, promissionum tuarum aeterna praemia consequantur. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen. *376. Ad n. 94: Forma altera orationis conclusivae post deprecationem pro catechumenis:* *Omnipotens sempiterne Deus, Pater universae creaturae, qui homines creasti et ad imaginem Filii tui plasmasti, hos accedentes dilectos amanter suscipe et praesta: ut qui verbum Christi tui inter nos audierunt, virtute eius innovati, ad plenam denique cum ipso conformitatem tua gratia perveniant. Per Christum Dominum nostrum*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				377. Ad n. 94 iterum: Forma tertia eiusdem orationis conclusivae: *Virtutum opifex, Deux, et misericordiarum pater, qui Ecclesiam posuisti ut magnalia tua mundo nuntiaret, hos catechumenos voce eius adductos, benignus suscipe et praesta: ut qui fidem et Baptismum ab ipsa petierunt, vota sua adimpleta tempestive videant, et, tua virtute custoditi, inter membra Ecclesiae tuae numerari mereantur. Per Christum Dominum nostrum.*
Cel: Catechumeni, ite in pace et Dominus sit vobiscum. Cat: Amen.	Cel: Catechumeni, ite in pace et Dominus sit vobiscum. Cat: Amen.	Cel: Catechumeni, ite in pace et Dominus sit vobiscum. Cat: Amen.	28. (Dimissio catechumenorum) – Tunc celebrans, brevissime recolens quanto cum gaudio catechumeni recepti sint et eos admonens ut secundum verbum auditum vivere studeant, dimittit, haec vel similia dicens: Catechumeni, ite in pace et Dominus maneat vobiscum. Cat: Deo gratias.	95. (Dimissio catechumenorum) – Tunc celebrans, brevissime recolens quanto cum gaudio catechumeni recepti sint eosque admonens ut secundum verbum auditum vivere studeant, dimittit, haec vel similia dicens: Catechumeni, ite in pace et Dominus maneat vobiscum. Cat: Deo gratias.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
16. Si propter circumstantias speciales dismissio locum habere non potest, catechumeni post orationem celebrantis ad sedes remotiores recedant.	16. Si propter circumstantias speciales dismissio locum habere non possit, catechumeni post orationem Celebrantis ad sedes remotiores recedant.	16. Si propter circumstantias speciales dismissio locum habere non possit, catechumeni post orationem Celebrantis ad sedes remotiores recedant.	Post exitum, coetus catechumenorum non statim solvitur, sed ductu aliquorum virorum et mulierum insimul manentes, fraterne gaudium et spiritualem experientiam inter se conferunt. Si propter graviores rationes non exeant sed cum fidelibus manere debeant, curandum est ut, etiamsi Eucharistiae adsint, partem non habeant ad modum baptizatorum.	Coetus catechumenorum, postquam exierit, non statim solvitur, sed ductu aliquorum fidelium insimul manent, ut fraterne gaudium et spiritualem experientiam inter se conferre possint. Si autem propter graviores rationes non exeant (c.f. Praenotanda adultorum, n. 20 §3) et cum fidelibus manere debeant, caveatur ut, etiamsi Eucharistiae adsint, partem non habeant ad modum baptizatorum.
17. Postquam recesserint catechumeni, si eucharistis sequitur, immediate incipit cum oratione communi pro universalis Ecclessiae necessitatibus, et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium.	17. [De eucharistia subsequenti] – Postquam recesserint catechumeni, si eucharistis sequitur, immediate incipit oratio communis pro universalis Ecclessiae necessitatibus, et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium.	17. [De eucharistia subsequenti] – Postquam recesserint catechumeni, si eucharistia sequitur, immediate incipit oratio communis pro universalis Ecclessiae necessitatibus, et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium.	29. (Eucharistia subsequens) – Catechumenis dimissis, Eucharistia celebrari soleat, fidelibus ibidem manentibus vel, pro necessitate, in alium locum ad Eucharistiam transeuntibus. In liturgia eucharistica omitti possunt Credo et oratio universalis fidelium (cf. N. 26). Si autem in peculiaribus adiunctis Eucharistica celebrari nequeat, dimissio (de qua in n. 28) pro omnibus fidelibus et catechumenis facta erit, addito, pro opportunitate, cantu apto.	96. (De Eucharistia subsequente) – Postquam catechumeni recesserint, si Eucharistia sequatur, continuo incipit oratio communis pro Ecclessiae necessitatibus. Cantatur postea, si casus fert, Credo et fit Offertorium. Attamen propter rationes pastorales, oratio universalis et Credo omittere licet. Si autem Eucharistica non celebratur , dimissio pro omnibus fidelibus et catechumenis facta erit (cf. n. 95), addito, pro opportunitate, cantu apto.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
DE TEMPORE CATECHUMENATUS	DE TEMPORE CATECHUMENATUS	DE TEMPORE CATECHUMENATUS	DE TEMPORE CATECHUMENATUS EIUSQUE RITIBUS 30. Catechumenatus seu catechumenorum disciplina (institutio) pastoralis duos vel tres annos protrahi potest donec conversio eorum et fides maturescere potuerint. Est "totius vitae christianae institutio et tirocinium debite protractum, quibus… catechumeni… apte initientur mysterio salutis et exercitio morum evangelicorum sacrisque ritibus, successivis temporibus celebrandis, introducantur in vitam fidei, liturgiae et caritatis populi Dei" (Decr. De activ. Mission. Eccl., art. 14).	DE TEMPORE CATECHUMENATUS EIUSQUE RITIBUS 97. Catechumenatus seu pastoralis catechumenorum disciplina it protrahatur ut eorum conversio et fides maturescere queant, et quidem, si necesse est, per plures annos. Est "totius vitae christianae institutio et tirocinium debite protractum, quibus… catechumeni… apte initientur mysteriis salutis et exercitio morum evangelicorum sacrisque ritibus, successivis temporibus celebrandis, introducantur in vitam fidei, liturgiae et caritatis populi Dei" (Decr. De activ. Mission. Eccl., n 14).
			31. Intra illud tempus instructiones catechumenis fiant, quibus fides illuminetur, cor in Deum moveatur, participatio mysterii liturgici foveatur, actio apostolica excitetur vitaque tota secundum spiritum Christi nutriatur (cf. Decr. De educatione christiana, art. 4; Const. Dogm. De divina Revelatione, art. 5, 21; Decr. De activ. Mission. Eccl., art. 14).	98. Intra illud tempus instructiones catechumenis fiant, quibus , dum doctrina catholica ipsis omni ex parte exhibetur, fides illuminetur, cor in Deum moveatur, participatio mysterii liturgici foveatur, actio apostolica excitetur vitaque tota secundum spiritum Christi nutriatur (cf. Decr. De educatione christiana, n. 4; Const. Dogm. De divina Revelatione, n. 5, 21; Decr. De activ. Mission. Eccl., n. 14).
			32. Habeantur verbi Dei celebrationes, quae tum catechumenorum instructionibus, tum tempore liturgico, tum necessitatibus communitatis aptentur.	99. Habeantur verbi Dei celebrationes, tempore liturgico aptate, quae tum catechumenorum instructionibus, tum necessitatibus communitatis inserviant (cf. infra nn. 105-107).

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
			33. Primi seu minores exorcismi, modo deptrecatorio et positivo instructi, ante oculos catechumenorum veram exhibeant condicionem vitae spiritalis, pugnam inter carnem et spiritum, momentum abrenuntiationis ad beatitudines Regni consequendas atque continuam divini auxilii necessitatem.	100. Exorcismi primi seu minores , modo deptrecatorio et positivo instructi, ante oculos catechumenorum veram exhibeant condicionem vitae spiritalis, pugnam inter carnem et spiritum, momentum abrenuntiationis ad beatitudines Regni Dei consequendas atque continuam divini auxilii necessitatem (cf. infra nn. 108-111, 115-125).
			34. Exinde benedictiones etiam, quibus Dei caritas et Ecclesiae sollicitudo significantur, catechumenis offerantur ut, dum ipsi gratia sacramentorum adhuc carent, animum tamen gaudiumque et pacem in labore prosequendo et itinere ab Ecclesia accipiant.	101. Benedictiones etiam, quibus Dei caritas et Ecclesiae sollicitudo significantur, catechumenis offerantur ut, dum ipsi gratia sacramentorum adhuc carent, animum tamen gaudiumque et pacem in labore prosequendo et itinere ab Ecclesia accipiant (cf. infra nn. 112-113, 126-134).
			35. Per eosdem annos, dum catechumeni progredientes a coetu ad alium ascendunt, transitus occurrentes ritibus aliquoties significari possunt. Pro opportunitate ergo anticipare licet traditionem Symboli, immo traditionem Orationis dominicae, pro quibus nonnumquam tempus deerit in ultima competentium praeparatione. Provideri etiam possunt, pro locorum utilitate et voto, celebrationes ritus unctionis cum oleo benedicto.	102. Per eosdem annos, dum catechumeni progredientes a coetu primo catecheseos ad alios ascendunt, transitus occurrentes ritibus aliquoties significari possunt. Pro opportunitate ergo anticipare licet traditionem Symboli, immo Orationis dominicae, et ritum “Ephphetha”, pro quibus tempus nonnunquam deerit in ultima competentium praeparatione. Provideri etiam possunt, pro locorum utilitate et voto, celebrationes ritus unctionis cum oleo catechumenorum (cf. infra nn. 135-139).
			36. Catechumeni denique cogitent de illis inveniendis, quibus tempore electionis uti sponsoribus vel patrinis, Ecclesiae praesentabuntur.	103. Catechumeni hoc tempore cogitent de illis inveniendis, a quibus die electionis uti sponsoribus vel patrinis, Ecclesiae praesentabuntur (cf. Praenotanda generalia, n. 8).

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				104. Interdum in anno, provideatur ut ad aliquas celebrationes catechumenatus necnon ad ritus transitionis (cf. 135-139) congregetur universa communitas, quae in initiatione catechumenorum partem habet, nempe presbyteri, diaconi, catechistae, sponsores et patrini, amici ac familiares.
			§1. De celebratione verbi Dei 37. Instruantur celebrationes verbi (cfr. n. 32) ad normam Const. De sacra Liturgia, art. 35 et Instructionis "Inter Oecumenici" art. 37-39. 38. Illa in primis proposita habeant oportet ut doctrina accepta illustretur et oratione mutriatur, ut catechumeni temporibus mysterii liturgici initientur et in vitam totius communitatis introducantur.	§1.De celebratione verbi Dei (cf. n. 99) 105. Ad usum catechumenorum et secundum Const. De sacra Liturgia (art. 35) et Instructionem "Inter Oecumenici" (art. 37-39) instruantur peculiares verbi Dei celebrationes, quae in primis haec proposita habeant : a) ut doctrina tradita animis infigatur, v.g., ethica novi Testamenti propria, condonatio iniuriarum et contumeliarum, sensus peccati et paenitentiae, officium christianorum in mundo, etc..; - b) ut orationis aspectus et viae sapide doceantur; - c) ut signa, actiones et tempora mysterii liturgici catechumenis explanentur; - d) ut iidem paulatim in cultum totius communitatis inducantur.
				106. Ad sanctificationem diei dominicae, cum iam a tempore catechumenatus institutio quaedam providenda sit, - a) celebrationes n. 105 supradictae et catechumenis propriae, hac die assidue fiant, ut in consuetudinem adducantur actuosam et peritam in ea habendi partem; - b) prima pars celebrationis Missae dominicalis paulatim ipsis aperiatur, in qua fiat, pro posse, dimissio catechumenorum post liturgiam verbi et addatur deprecatio pro ipsis in oratione universali fidelium.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
De exorcismis minoribus Tempore catechumenatus, exorcismi minores administrari possunt modis infra descriptis:	De exorcismis minoribus Tempore catechumenatus, exorcismi minores administrari possunt modis infra descriptis:	De exorcismis minoribus Tempore catechumenatus, exorcismi minores administrari possunt modis infra descriptis:	§2. De exorcismis minoribus	§2. De exorcismis minoribus
18. 1° Intra sacras Verbi Dei celebrationes, post homiliam, celebrans, manum extendens supra catechumenos genuflexos, dicit unam vel aliam ex sequentibus formu1is.	18. 1° Intra sacras Verbi Dei celebrationes, post homiliam, celebrans, manum extendens supra catechumenos genuflexos, dicit unam vel aliam ex sequentibus formu1is.	18. 1° Intra sacras verbi Dei celebrationes, post homiliam, celebrans, manum extendens supra catechumenos genuflexos, dicit unam vel aliam ex sequentibus formu1is.	40. A sacerdote et a diacono celebrantur (dfr. n. 33), qui, manum extendentes supra catechumenos genuflexos, unam vel aliam ex orationibus infrascriptis proferunt.	108. Exorcismi minores celebrantur a sacerdote et a diacono , immo a catechista deputato ab Episcopo ad hoc ministerium peragendum. Qui omnes, manum extendentes supra catechumenos genuflexos, unam vel aliam ex orationibus infrascriptis proferunt (nn. 115-125).
19. 2° Aliquoties exorcismi, de quibus nunc agitur, administrabuntur in principio vel in fine adunationum ad catechesim. 20. 3° Ob particulares necessitates, iidem exorcismi possunt privatim fieri a sacerdote vel diacono unicuique catechumeno, etiam extra ecclesiam.	19. 2° Aliquoties exorcismi, de quibus nunc agitur, administrabuntur in principio vel in fine congregationum ad catechesim. 20. 3° Ob particulares necessitates, iidem exorcismi possunt privatim fieri a sacerdote vel diacono singulis catechumenis, etiam extra ecclesiam.	19. 2° Aliquoties exorcismi, de quibus nunc agitur, administrabuntur in principio vel in fine congregationum ad catechesim. 20. 3° Ob particulares necessitates, iidem exorcismi possunt privatim fieri a sacerdote vel diacono singulis catechumenis, etiam extra ecclesiam.	41. In ecclesia fieri soleant intra verbi celebrationem; interdum etiam, pro opportunitate, in principio vel in fine congregationum ad catechesim faciendam; denique, ob peculiares necessitates, extra ecclesiam privatim pro singulis catechumis.	109. In ecclesia vel in sacello vel in domo catechumenatus fiant intra celebrationem verbi; etiam, pro opportunitate, in principio vel in fine congregationum ad catechesim habendam; denique, ob peculiares necessitates, privatim pro singulis catechumis.
			42. Iam ante catechumenatum, tempore evangelizationis, exorcismi minores dari possunt ad candidatorum utilitatem.	110. Iam ante catechumenatum, tempore evangelizationis, exorcismi minores possunt ad bonum spirituale eorum qui “sympathizantes” nominantur.
21. Nihil impedit quominus eaedem formulae iterum adhibeantur.	21. Nihil impedit quominus formulae infrascriptae in diversis adiunctis pluries adhibeantur.	21. 3° Nihil impedit quominus formulae infrascriptae pluries in diversis adiunctis adhibeantur.	43. Nihil impedit quominus formulae pro exorcismis minoribus assignatae, pluries variis in adiunctis adhibeantur.	111. Nihil impedit quominus formulae pro exorcismis minoribus assignatae, pluries variis in adiunctis adhibeantur.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
			§3. <u>De benedictionibus catechumenorum</u> *52. Benedictiones (cfr. n. 34) dantur a sacerdote et diacono vel etiam a catechista, qui manus extendentes ad catechumenos, unam vel aliam ex orationibus infrascriptis proferunt. Expleta oratione, catechumeni, si commode fieri possint, accedunt ad celebrantem, qui singulis manum imponit. Deinde exeunt.*	§3. <u>De benedictionibus catechumenorum</u> (cf. n. 101) 112. Benedictiones in n. 101 supradictae dantur a sacerdote et a diacono vel etiam a catechista, qui manus extendentes ad catechumenos, unam vel aliam ex orationibus infrascriptis proferunt (nn. 126-134). Oratione absoluta, catechumeni, si commode fieri possit, accedunt ad celebrantem, qui singulis manum imponet. Deinde exeunt.
			53. In ecclesia benedictiones dari soleant, praesertim in fine celebrationum verbi; interdum etiam, pro opportunitate, in fine congregationum ad catechesim faciendam; denique, ob particulares necessitates, extra ecclesiam privatim pro singulis catechumenis.	113. Benedictiones de more conferantur praesertim in fine celebrationum verbi; etiam, pro opportunitate, in fine congregationum ad catechesim habendam ; denique, ob peculiares necessitates, privatim pro singulis catechumenis.
			54. Iam ante catechumenatum, tempore evangelizationis, candidati eodem modo benedici possunt.	114. Iam ante catechumenatum, tempore evangelizationis, eodem modo benedicere licet eos qui “sympathizantes” nominantur ad ipsorum spirituale bonum.
				<u>Textus et Formulae Exorcismorum et benedictionum</u> §1. Exorcismi minores

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
22. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui per Unigenitum Filium tuum vocasti nos ad promissiones Spiritus Sancti te invoco super hos catechumenos, qui sese offerunt tibi: averte ab eis omnem spiritum malignum, omnem operationem erroris et peccati **,** ut fieri possint templum Spiritus Sancti. Confirma**,** Domine, verbum fidei nostrae ut non inaniter loquamur, sed in illa virtute et gratia, qua Dominus noster Iesus Christus mundum liberavit a malo. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	22. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui per Unigenitum Filium tuum ad promissiones Spiritus Sancti nos vocasti, super hos catechumenos, qui sese tibi offerunt te supplices, exoramus: omnem spiritum malignum, omnem operationem erroris et peccati ab eis averte, ut templum Spiritus Sancti fieri mereantur. Verbum, Domine, fidei nostrae confirma, ut non loquamur inaniter , sed in illa virtute et gratia, qua Dominus noster Iesus Christus mundum liberavit a malo. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	22. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui per Unigenitum Filium tuum ad promissiones Spiritus Sancti nos vocasti, super hos catechumenos, qui sese tibi offerunt te **,** supplices, exoramus: omnem spiritum malignum, omnem operationem erroris et peccati ab eis averte, ut templum Spiritus Sancti fieri mereantur. Verbum, Domine, fidei nostrae confirma, ut non loquamur inaniter, sed in illa virtute et gratia, qua Dominus noster Iesus Christus mundum liberavit a malo. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	44. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui per Unigenitum Filium tuum ad promissiones Spiritus Sancti nos vocasti, super hos catechumenos, qui sese tibi offerunt te, supplices, exoramus: omnem spiritum malignum, omnem operationem errori et peccati ab eis averte, ut templum Spiritus Sancti fieri mereantur. Verbum fidei nostrae confirma, Domine, ut non loquamur inaniter, sed in illa virtute et gratia, qua Dominus noster Iesus Christus mundum liberavit a malo. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	115. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui per Unigenitum Filium tuum ad promissiones Spiritus Sancti vocasti, super hos catechumenos, qui sese tibi offerunt , te supplices exoramus: omnem ab eis spiritum malignum, omnem erroris et peccati operationem averte, ut ipsi templum Spiritus Sancti fieri mereantur. Et, verbum fidei nostrae confirmans, fac ut non inaniter loquamur, sed in illa virtute et gratia, qua Dominus noster Iesus Christus mundum a malo liberavit . Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.
23. Oremus. Domine Deus noster, per quem vita vera revelatur, corruptela tollitur, fides roboratur, spes erigitur, et fovetur caritas: Rogamus te per nomen dilecti Filii tui domini nostri Iesu Christi et per virtutem Spiritus Sancti: Amove ab his famulis tuis incredulitatem, dubitationem, (idolorum servitutem, magiam, incantamenta, necromantiam), cupidinem argenti, passionum illecebras, inimicitias, dissensiones et quamlibet formam pravitatis. Innova in eis spiritum fidei, pietatis, patientiae, spei, temperantiae, puritatis, caritatis et pacis: Quia elegisti eos (eas) ut sint sancti (sanctae) et immaculati (immaculatae) in conspectu tuo in caritate. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	23. Oremus. Domino Deus noster, per quem vita vera revelatur, tollitur corruptela , fides roboratur, spes erigitur, et caritas confovetur: Rogamus te per nomen dilecti Filii tui domini nostri Iesu Christi et per virtutem Spiritus Sancti: Amove ab his famulis tuis incredulitatem, dubitationem, (idolorum servitutem, magiam, incantamenta, necromantiam), aviditatem argenti, passionum illecebras, inimicitias, dissensiones et formam quamlibet pravitatis. Innova in eis spiritum fidei, pietatis, patientiae, spei, temperantiae, puritatis, caritatis et pacis: Quia vocasti eos (eas) ut sint sancti (sanctae) et immaculati (immaculatae) in conspectu tuo . Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	23. Oremus. Domine Deus noster, per quem vita vera revelatur, tollitur corruptela, fides roboratur, spes erigitur et caritas confovetur: rogamus te per nomen dilecti Filii tui Domini nostri Iesu Christi et per virtutem Spiritus Sancti . Amove ab his famulis tuis incredulitatem, dubitationem, (idolorum servitutem, magiam, incantamenta, necromantiam), aviditatem argenti, passionum illecebras, inimicitias, dissensiones et formam quamlibet pravitatis. Innova in eis spiritum fidei, pietatis, patientiae, spei, temperantiae, puritatis, caritatis et pacis: quia vocasti eos (eas) ut sint sancti (sanctae) et immaculati (immaculatae) in conspectu tuo. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	45. Oremus. Domino Deus noster, per quem vita vera revelatur, tollitur corruptela, fides roboratur, spes erigitur et caritas confovetur: rogamus te per nomen dilecti Filii tui Domini nostri Iesu Christi et per virtutem Spiritus Sancti: Amove ab his famulis tuis incredulitatem, dubitationem, (idolorum servitutem, magiam, incantamenta, necromantiam), aviditatem argenti, passionum illecebras, inimicitias, dissensiones et formam quamlibet pravitatis. Innova in eis spiritum fidei, pietatis, patientiae, spei, temperantiae, puritatis, caritatis et pacis: Quia vocasti eos (eas) ut sint sancti (sanctae) et immaculati (immaculatae) in conspectu tuo. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	116. Oremus. Domino Deus noster, per quem vita vera revelatur, corruptela tollitur, fides roboratur, spes erigitur et caritas confovetur: te rogamus in nomine dilecti Filii tui Domini nostri Iesu Christi et in virtute Spiritus Sancti: ab his famulis amove incredulitatem et dubitationem, (idolorum servitutem et magiam, incantamenta et necromantiam), pecuniae cupiditatem et passionum illecebras, inimicitias ac dissensiones et quamlibet formam pravitatis. Et quia vocasti eos (eas) ut sancti (sanctae) et immaculati (immaculatae) fierent in conspectu tuo, innova in eis spiritum fidei et pietatis, patientiae et spei, temperantiae et puritatis, caritatis et pacis. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
24. Oremus. Domine, Deus omnipotens, qui hominem ad imaginem et similitudinem tuam plasmati, largiens ei vitam et peccatorem non deserens, saluti eius contulisti per incarnationem filii tui: tu, Domine, has creaturas salva et libera ab omnibus malis et a servitute: aufer ab eis spiritum mendacii, cupiditatem argenti et omnem nequitiam. Suscipe eos (eas) in regnum tuum: aperi oculos cordis eorum (earum) ad intellegendum evangelium tuum, ut, filii lucis effecti, membra sint Ecclesiae tuae sanctae, testes veritatis caritatis secundum mandata Christi tui: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	24. Oremus. Domine , Deus omnipotens, qui hominem ad imaginem et similitudinem tuam in sanctitate ac iustitia condidisti, et in benignitate tua , peccatorem non deserens, saluti eius per Incarnationem Filii tui sapienter providisti: tu, Domine, has creaturas salva et libera ab omnibus malis et ab inimici servitute: aufer ab eis spiritum mendacii omnisque cupiditatis et nequitiae . Suscipe eos (eas) in regnum tuum: aperi oculos cordis eorum (earum) ad intellegendum evangelium tuum, ut, filii lucis effecti, membra sint Ecclesiae tuae sanctae, veritatis testimonium perhibeant et opera caritatis exerceant, secundum mandata Christi tui: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	24. Oremus. Domine, Deus omnipotens, qui hominem ad imaginem et similitudinem tuam in sanctitate ac iustitia condidisti, et in benignitate tua, peccatorem non deserens, saluti eius per Incarnationem Filii tui sapienter providisti: tu, Domine, has creaturas salva et libera ab omnibus malis et ab inimici servitute: aufer ab eis spiritum mendacii omnisque cupiditatis et nequitiae. Suscipe eos (eas) in regnum tuum: aperi oculos cordis eorum (earum) ad intellegendum evangelium tuum, ut, filii lucis effecti, membra sint Ecclesiae tuae sanctae, veritatis testimonium perhibeant et opera caritatis exerceant, secundum mandata Christi tui: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	46. Oremus. Domine, Deus omnipotens, qui hominem ad imaginem et similitudinem tuam in sanctitate ac iustitia condidisti, et benignitate tua, peccatorem non deserens, saluti eius per Incarnationem Filii tui sapienter providisti: tu, Domine, has creaturas salva et libera ab omnibus malis et ab inimici servitute: aufer ab eis spiritum mendacii omnisque cupiditatis et nequitiam. Suscipe eos (eas) in regnum tuum: aperi oculos cordis eorum (earum) ad intellegendum evangelium tuum, ut, filii lucis effecti, membra sint Ecclesiae tuae sanctae, veritatis testimonium perhibeant et opera caritatis exerceant, secundum mandata Christi tui: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	117. Oremus. Domine, Deus omnipotens, qui ad imaginem et similitudinem tuam hominem in sanctitate ac iustitia condidisti, et , peccatorem non deserens, saluti eius per incarnationem Filii tui sapienter providisti: hos famulos salva et ab omnibus malis ac inimici servitute libera; aufer ab eis spiritum mendacii cupiditatis et nequitiae. Suscipe eos (eas) in regnum tuum: aperi oculos cordis eorum (earum) ad intellegendum Evangelium tuum, ut, filii lucis effecti, membra sint Ecclesiae tuae sanctae, testimonium perhibeant veritati, et opera caritatis exerceant, secundum mandata Christi tui exerceant: Per eumdem Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
25. Oremus. Domine Iesu Christe, hominum amator et redemptor, in cuius nomine omnes salvi fiunt, cui omne genu flectitur caelestium, terrestrium et infernorum invocamus te et rogamus super hos famulos tuos et has famulas tuas, qui (quae) te adorant: scrutare et illumina corda eorum (earum) remove ab eis omnem tentationem et invidiam inimici, sana peccata et infirmitates eorum (earum), serva eos (eas) ab excaecatione mentis: dirige corda eorum (earum) ut, probantes voluntatem tuam beneplacentem et perfectam, obeodiant evangelio tuo et digni (dignae) fiant habitatione Spiritus Sancti tui: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	25. Oremus. Domine Iesu Christe, hominum amator et redemptor, in cuius nomine omnes salvi fiunt, cui omne genuflectitur caelestium, terrestrium et infernorum super hos famulos tuos (has famulas tuas) , qui (quae) te Deum verum adorant, invocamus te supplices et rogamus; eorum (earum) corda illumina et scrutare: remove ab eis omnem tentationem et invidiam inimici, sana peccata et infirmitates eorum (earum), eos (eas) a mentis excaecatione libera: dirige corda eorum (earum) ut, probantes voluntatem tuam beneplacentem et perfectam, evangelio perseveranter oboedient et habitatione Sancti tui Spiritus digni (dignae) fiant: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	25. Oremus. Domine Iesu Christe, hominum amator et redemptor, in cuius nomine omnes salvi fiunt, cui omne genuflectitur caelestium, terrestrium et infernorum super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) te Deum verum adorant, invocamus te supplices et rogamus . Eorum (earum) corda illumina et scrutare: remove ab eis omnem tentationem et invidiam inimici, sana peccata et infirmitates eorum (earum), eos (eas) a mentis excaecatione libera . Dirige corda eorum (earum) ut, probantes voluntatem tuam beneplacentem et perfectam, evangelio perseveranter oboedient et habitatione Sancti tui Spiritus digni (dignae) fiant: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	47. Oremus. Domine Iesu Christe, hominum amator et redemptor, in cuius nomine omnes salvi fiunt, cui omne genu flectitur caelestium, terrestrium et infernorum super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) te Deum verum adorant, invocamus te supplices et rogamus : eorum (earum) corda illumina et scrutare: remove ab eis omnem tentationem et invidiam inimici, sana peccata et infirmitates eorum (earum), ut, probantes voluntatem tuam beneplacentem et perfectam, evangelio perseveranter oboedient et habitatione Sancti tui Spiritus digni (dignae) fiant: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	118. Domine Iesu Christe, hominum amator et redemptor, in cuius nomine omnes salvi fiunt, cui omne genu flectitur caelestium, terrestrium et infernorum super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) te Deum verum adorant, invocamus te supplices et rogamus: eorum (earum) corda illumina et perspice: omnem inimici tentationem et invidiam ab eis amove, eorum (earum) peccata et infirmitates sana, ut, voluntatem tuam beneplacentem et perfectam probantes, evangelio tuo perseveranter oboedient et commoratione Spiritus Sancti digni efficiantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
26. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, missus a Patre et unctus Spiritu Sancto, oraculum isaiae prophetae in synagoga nazarethana consummasti, praedicans captivis libertatem et annum Deo placabilem: oramus super hos famulos tuos et has famulas tuas, qui (quae) aures et corda ad te intendunt: fac ut recipiant tempus gratiae opportunum. Ne re,ameamt angustiati (angustiatae) memte, conversantes in desideriis carnis**,** omni vento doctrinae iactati (iactatae), a spe promissionum alienati (alienatae), obedientes spiritui qui operatur inter filios diffidentiae; sed, credentes in te, cui Pater subiecit omnia et quem constituit super omnes, se submittant spiritui gratiae ut ediscant spem vocationis, dignitatem populi sacerdotalis consequantur et, vestimentis salutis induti (indutae), laetita novae Ierusalem exsultent: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	26. Oremus : Domine Iesu Christe, qui, missus a Patre et unctus Spiritu Sancto; in synagoga nazarethana Isaiae prophetae oraculum consummasti, captivis libertatem et annum Deo placabilem praedicando: oramus super hos famulos tuos (has famulas tuas) , qui (quae) aures ad te et corda intendunt: fac ut recipiant tempus gratiae opportunum. Ne mente angustiati (angustiatae) maneant, conversantes in desideriis carnis iactati (iactatae) omni vento doctrinae ; a spe promissionum alienati (alienatae), oboedientes spiritui qui inter filios diffidentiae operatur, sed, credentes in te, cui Pater omnia subiecit et quem constituit super omnes, Spiritui gratiae se submittant , ut spem suae vocationis ediscant, dignitatem sacerdotalis populi consequantur et, vestimentis salutis induti (indutae), novae Ierusalem affluenter exsultent laetitiae: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	26. Oremus: Domine Iesu Christe, qui, missus a Patre et unctus Spiritu Sancto; in synagoga nazarethana Isaiae prophetae oraculum consummasti, captivis libertatem et annum Deo placabilem praedicando: oramus super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) aures ad te et corda intendunt: fac ut recipiant tempus gratiae opportunum. Ne mente angustiati (angustiatae) maneant, conversantes in desideriis carnis iactati (iactatae) omni vento doctrinae; a spe promissionum alienati (alienatae), oboedientes spiritui qui inter filios diffidentiae operatur . Sed , credentes in te, cui Pater omnia subiecit et quem constituit super omnes, Spiritui gratiae se submittant, ut spem suae vocationis ediscant, dignitatem sacerdotalis populi consequantur et, vestimentis salutis induti (indutae), novae Ierusalem affluenter exsultent laetitiae: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	48. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, missus a Patre et Sancto unctus Spiritu ; in synagoga oraculum prophetae consummasti, captivis libertatem et annum Deo placabilem praedicando: oramus super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) aures ad te et corda intendunt: fac ut recipiant tempus gratiae opportunum. Ne mente angustiati (angustiatae) maneant, conversantes in desideriis carnis iactati (iactatae) omni vento doctrinae; a spe promissionum alienati (alienatae), oboedientes spiritui qui inter filios diffidentiae operatur ; sed, credentes in te, cui Pater omnia subiecit et quem constituit super omnes, Spiritui gratiae se submittant, ut spem suae vocationis ediscant, dignitatem sacerdotalis populi consequantur et, vestimentis salutis induti (indutae), novae Ierusalem affluenter exsultent laetitiae: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	119. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, a Patre missus et a Sancto unctus Spiritu; prophetae oraculum in synagoga adimplere voluisti, captivis libertatem praedicando annumque Deo placabilem , te supplices exoramus super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) aures ad te et corda intendunt: praesta ut opportunum gratiae tempus recipiant. Ne mente angustiati permaneant, in desideriis carnis conversantes et omni vento doctrinae iactati (iactatae) , a spe promissionum alienati (alienatae), et spiritui diffidentiae obedientes; sed, potius, in te credentes , cui Pater omnia subiecit et quem super omnes constituit, Spiritui fidei et gratiae se submittant, ut , spem vocationis suae audientes , dignitatem populis sacerdotalis consequantur et, vestimentis salutis induti (indutae), novae Ierusalem affluenter exsultent laetitiae: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
27. Oremus. Domine Iesu Christe, qui discipulos tuos in monte docuisti et, avertens illos a via peccati revelasti eis beatitudines regmo caelorum: da ut hi famuli tui et hae famulae tuae, qui (quae) audiunt vocem evangelii tui, serventur a spiritu cupiditatis, avaritiae, voluptatis et superbiae. Beatos (beatas) potius se censeant, sicut discipuli tui, pauperes esse, esurire, misericordes esse mundos (mundas) corde, pacem componere et persecutionem sustinere ; ut fiant filii Regni tui, lux mundi, et promissam sibi misericordiam consecuti (consecutae), gaudio vivendi Deum in caelis in aeternum fruantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	27. Oremus. Domine Iesu Christe, qui montem ascendens discipulos tuos a via peccati avertisti et Regni caelorum, beatitudines docuisti: da ut hi famuli tui (hae famulae tuae), qui (quae) audiunt vocem evangelii tui, a spiritu serventur cupiditatis, avaritiae, voluptatis et superbiae. Beatos (beatas) potius se censeant, sicut discipuli tui, esse pauperes esurientes, misericordes, mundos (mundas) corde, componere pacem et persecutionem sustinere; ut fiant filii Regni tui, lux mundi, et promissam sibi misericordiam consecuti (consecutae), vivendi Deum gaudio in caelis laetanter fruantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	27. Oremus. Domine Iesu Christe, qui montem ascendens discipulos tuos a via peccati avertisti et Regni caelorum, beatitudines docuisti: da ut hi famuli tui (hae famulae tuae), qui (quae) audiunt vocem evangelii tui, a spiritu serventur cupiditatis, avaritiae, voluptatis et superbiae. Beatos (beatas) potius se censeant, sicut discipuli tui, esse pauperes esurientes, misericordes, mundos (mundas) corde, componere pacem et persecutionem sustinere; ut fiant filii Regni tui, lux mundi, et promissam sibi misericordiam consecuti (consecutae), vivendi Deum gaudio in caelis laetanter fruantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	49. Oremus. Domine Iesu Christe, qui montem ascendens discipulos tuos a via peccati avertisti et Regni caelorum, beatitudines revelasti: da ut hi famuli tui (hae famulae tuae), qui (quae) audiunt vocem evangelii tui, a spiritu serventur cupiditatis, avaritiae, voluptatis et superbiae. Beatos (beatas) potius se censeant, sicut discipuli tui, esse pauperes esurientes, misericordes, mundos (mundas) corde, componere pacem et persecutionem sustinere; ut fiant filii Regni tui, lux mundi, et promissam sibi misericordiam consecuti (consecutae), vivendi Deum gaudio in caelis laetanter fruantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	120. Oremus. Domine Iesu Christe, qui montem ascendens discipulos tuos a via peccati avertere et regni caelorum beatitudines revelare voluisti : , fac ut hi famuli tui (hae famulae tuae), qui (quae) verbum evangelii audiunt , a spiritu serventur cupiditatis et avaritiae, voluptatis et superbiae. Sicut discipuli tui, beatos (beatas) se censeant pauperes esurientes, misericordes et mundo corde, pacem afferent et persecutionem sustineant; ut fiant regni tui participes, , et , promissam sibi misericordiam consecuti (consecutae), vivendi Deum gaudio in caelis fruantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
28. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, sedata tempestate maris et sanatis Gerasenorum daemoniacis, Matthaeum publicanum vocasti ad te, ut exemplum fieret misericordiae tuae et nuntiaret praedicandum omnibus gentibus regnum tuum: supplices te rogamus super hos famulos tuos et has famulas tuas, qui (quae) se peccatores esse profitentur. Gentibus et familiis, e quibus accedunt ad te, pacem concede et tranquillitatem. Adversam inimici potestatem cohibere digneris. Fac ut ipsi famuli tui et famulae tuae, misericordiam tuam sentientes, a vulneribus peccati sanentur, pacem cordis inveniant, novitate evangelii delectentur et inter sodales tuos et amicos exsultantes, vocationem tuam pleno corde sequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	28. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, sedata tempestate maris et Gerasenorum daemoniacis in tua virtute sanatis, Matthaeum publicanum ad te vocasti , ut misericordiae tuae redderetur exemplum et memoraret in saecula mandatum tuum omnes docendi gentes: supplices te rogamus super hos famulos tuos (has famulas tuas) , qui (quae) se peccatores esse profitentur. Gentibus et familiis, e quibus accedunt ad te, concede benignus tranquillitatem et pacem. Adversam inimici potestatem cohibere digneris. Fac ut ipsi famuli tui (famulae tuae) , tuam misericordiam experti , a vulneribus peccati sanentur, pacem cordis inveniant, novitate evangelii delectentur et inter sodales tuos et amicos exsultantes, vocationem tuam pleno corde sequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	28. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, sedata tempestate maris et Gerasenorum daemoniacis in tua virtute sanatis, Matthaeum publicanum ad te vocasti, ut misericordiae tuae redderetur exemplum et memoraret in saecula mandatum tuum omnes docendi gentes: supplices te rogamus super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) se peccatores esse profitentur. Gentibus et familiis, e quibus accedunt ad te, concede benignus tranquillitatem et pacem. Adversam inimici potestatem cohibere digneris. Fac ut ipsi famuli tui (famulae tuae), tuam misericordiam experti, a vulneribus peccati sanentur, pacem cordis inveniant, novitate evangelii delectentur et inter sodales tuos et amicos exsultantes, vocationem tuam pleno corde sequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	50. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, sedata tempestate et daemoniacis in tua virtute sanatis, publicanum Matthaeum ad te vocasti, ut misericordiae tuae redderetur exemplum et memoraret in saecula mandatum tuum omnes docendi gentes: supplices te rogamus super hos famulos tuos (has famulas tuas), qui (quae) se peccatores esse profitentur. Gentibus et familiis, e quibus accedunt ad te, concede benignus tranquillitatem et pacem. Adversam inimici potestatem cohibere digneris. Fac ut ipsi famuli tui (famulae tuae), tuam misericordiam experti, a vulneribus peccati sanentur, pacem cordis inveniant, novitate evangelii delectentur et inter sodales tuos et amicos exsultantes, vocationem tuam pleno corde sequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.	121. Oremus. Domine Iesu Christe, qui, sedata tempestate et daemoniacis in tua liberatis, publicanum Matthaeum ad te vocasti, ut misericordiae tuae redderetur exemplum et in saecula memoraret mandatum tuum omnes docendi gentes: pro his famulis tuis supplices te rogamus, qui (quae) se peccatores profitentur. Gentibus et familiis, e quibus accedunt ad te, concede benignus tranquillitatem et pacem. Adversam inimici potestatem cohibere digneris et praesta ut ipsi tuam experti misericordiam, a vulneribus peccati sanentur, pacemque cordis inveniant, novitate evangelii delectentur et inter amicos tuos exsultantes, vocationem tuam pleno corde sequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Omnes: Amen.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
53. Tunc celebrans dicit, manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, sancte pater, omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., et N. et has famulas tuas N., N., N., ut digneris eos (eas) illluminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficiantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	53. [Oratio super electos] – Tunc celebrans dicit, manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, sancte pater, omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., et N. et has famulas tuas N., N., N., ut digneris eos (eas) illluminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficiantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum, sanctamque doctrinam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	53. [Oratio super electos] – Tunc celebrans dicit, manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, sancte pater, omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., et N. et has famulas tuas N., N., N., ut digneris eos (eas) illluminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficiantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum, sanctamque doctrinam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	101. (Oratio super electos) – Tunc celebrans, dicit manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, sancte pater, omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., et N. et has famulas tuas N., N., N., ut digneris eos (eas) illluminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficiantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum, sanctamque doctrinam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen. Forma altera Oremus Pater sancte et clementissime, qui novissima et antiqua conspiciens, hos catechumenos manibus tuis formasti, ex utero matris suscepisti et gloria tua obumbratos ad Christum vocasti: hodie, dum corda eorum in occulto probans mirabiliter purificasti, Christum solum quaerentes eos vidisti. Teneat eos iterum manus tua et, consilium tuum ad finem perducens, praesta ut, sincero et firmo corde Christum sequentes, haurire aquam salutis, Spiritus Sancti donationem accipere et fractionis panis partem habere mereantur. Per Christum Dominum nostrum. (Cf. Ps. 138) Omnes: Amen	

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
54. Si dimittendi sunt electi, celebrans dicat: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen.	54. [Dimissio electorum] – Si dimittendi sunt electi, celebrans dicat: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen.	54. [Dimissio electorum] – Si dimittendi sunt electi, celebrans dicat: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen.	102. (Dimissio electorum) – Postea celebrans catechumenos dimittit dicens : Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen. Electi exeunt. Si autem propter graviores rationes exire nequeant, fiat sicut in Ordine ad catechumenos faciendos n. 28.	172. (Dimissio electorum) – Postea celebrans catechumenos dimittit dicens: Ite in pace et ad proximum scrutinium conveniatis. Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen. Electi exeunt. Si autem propter graviores rationes egredi nequeant, fiat sicut in ordine ad catechumenos faciendos n. 95.
55. Postquam recesserint catechumeni et electi, liturgia prosequitur cum oratione communi pro universalis Ecclesiae necessitatibus et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium. Infra Actionem memento fiat de patrinis; insuper electi in Hanc igitur oblationem nominentur.	55. [De eucharistia subsequenti] – Postquam recesserint catechumeni et electi, liturgia prosequitur cum oratione communi pro universalis Ecclesiae necessitatibus et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium. Infra Actionem Memento fiat de patrinis; insuper electi in Hanc igitur oblationem nominentur.	55. [De eucharistia subsequenti] – Postquam recesserint catechumeni et electi, liturgia prosequitur cum oratione communi pro universalis Ecclesiae necessitatibus et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium. Infra Actionem Memento fiat de patrinis; insuper electi in Hanc igitur oblationem nominentur.	103. (De eucharistia subsequenti) – Postquam electi dimissi sunt, Eucharistia celebratur, fidelibus ibidem in ecclesia manentibus. Si non est dominica nec in ecclesia celebrata sunt scrutinia, fideles, pro opportunitate, in ecclesiam vel in alium locum aptum transire possunt ad Eucharisticam. Cantatur Credo et fit oratio universalis fidelium. Attamen extra dominicam omitti possunt Credo et oratio universalis. Quo in casu addatur in litania sub n. 99 petitio consueta pro necessitatibus Ecclesiae et totius mundi (Cf. n. 26). Infra Actionem Memento fiat de patrinis; praeterea electi in Hanc igitur nominentur. (Memento speciale in Gel. 195; Hanc igitur in Gel. 196-197).	173. (Eucharistia subsequens) – Postquam electi recesserunt, fidelibus ibidem in ecclesia manentibus, Eucharistia celebratur. Si autem non est dominica nec in ecclesia celebrata sunt scrutinia, fideles, pro opportunitate, in ecclesiam vel in alium locum aptum transire possunt ad Eucharisticam. Omittere licet Credo orationem universalem. (cf. n. 93). Infra Actionem Memento fiat de patrinis (cf. Appendicem, n. 381); Electi autem nominentur in Hanc igitur (ibidem, n. 382). Licet etiam precem eucharisticam 2am, 3am et 4am usurpare, cum insertis, quae in Appendice exhibentur (n. 383).

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
De II° scrutinio	De II° scrutinio	De II° scrutinio	§2. SECUNDUM SCRUTINIUM 104. In secundo scrutinio proponitur socialis aspectus mysterii peccati seu peccatum mundi: hoc est peccatum eorum qui non solum ipsi pro se in Christum credere nolunt, sed insuper, in civitate ipsa et in commercio societatis, satagunt praedicationem Evangelii et professionem fidei ac Ecclesiae incrementum impedire variis mediis, v.g., verbis, scriptis, vi et omnimodo pressura, immo et persecutionibus. Ibi enim, secundum Novum Testamentum, dignoscitur "mysterium iniquitatis" (2 Th 2, 7), peccatum mundi (Io 16, 8; cfr. 8, 21; 15, 22), occulta et interna operatio illius qui vocatur "deus huius saeculi" (2 Cor 4, 4), "princeps huius mundi" (Io 12, 31; 14;30; 16, 11), diabolus in quo mundus positus est (1 Io 5, 19; Io, 8 44). A quo prorsus catechumeni caveri debent.	§2. SECUNDUM SCRUTINIUM
				174. Secundum scrutinium celebratur in 4a dominica Quadragesimae cum formulario, quod invenitur in Appendice: lectiones (n. 387), orationes (n. 388), Memento de patrins (n. 381) et Hanc igitur pro electis (n. 382). *387. Ad n. 174: Lectiones pro 2 scrutinio:* *[cf. Ordinem lectionem Missae n. 31]* *Seligi etiam potest ad libitum Ex 13, 21-22.*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				388. Ad n. 174 (iterum): Orationes pro eodem 2° scrutinio: *Coll: Omnipotens sempiterne Deus, ecclesiam tuam spiritali iucunditate multiplica, ut qui sunt generatione terreni, fiant regeneratione caelestes. Per Dominum.* *Super obl: Remedii sempiterni munera, Domine, laetantes offerimus suppliciter exorantes, ut eadem nos et digni venerari et pro salvandis congruenter exhibere perficias. Per Christum.* *Post Com: Tu semper, quaesumus, Domine, tuam attolle benignus familiam, tu dispone correctam, tu propitius tuere subiectam, tu guberna perpetua bonitate salvandam. Per Chr.*
			105. (Homilia) – Sicut in primo scrutinio celebrans, lectiones Scripturae enarrans (Gen 12. 1-8; Col 1. 9b-14; Ioan 9. 1-38), scrutinium secundum tum intra liturgiam quadragesimalem tum in itinere electorum collocat et exponit.	175. (Homilia) – In homilia celebrans, e lectionibus Scripturae sacrae procedens, secundum scrutinium tum intra liturgiam quadragesimalem tum in itinere electorum collocat et exponit.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
56. Prosequitur ut in primo scrutinio. Post homiliam, electi se disponunt coram celebrante cum patrinis (et matrinis) suis.	56. [Oratio in silentio] – Proceditur ut in primo scrutinio. Post homiliam, electi se disponunt coram celebrante cum patrinis (et matrinis) suis.	56. [Oratio in silentio] – Proceditur ut in primo scrutinio. Post homiliam, electi se disponunt coram celebrante cum patrinis (et matrinis) suis.	106. (Oratio in silentio) – Post homiliam celebrans, catechistis pro opportunitate circumdatus et fideles primo respiciens, invitat eos ut silentio orent, pro Ecclesia impetrantes spiritum paenitentiae, sensum mysterii peccati seu "peccati mundi" veramque filiorum Dei libertatem.	176. (Oratio in silentio) – Post homiliam electi cum patrinis et matrinis se collocant coram celebrante. Qui, fideles primo respiciens, invitat eos ut silentio orent, pro Ecclesia impetrantes spiritum paenitentiae, sensum peccati veramque filiorum Dei libertatem
Tunc dicit celebrans super electos stantes:	Tunc dicit celebrans super electos stantes:	Tunc dicit celebrans super electos stantes:	Deinde, ad catechumenos conversus, illos pariter invitat ad orandum in silentio admonetque ut sensum paenitentiae etiam corporaliter exprimant sive inclinati, sive genus flectentes, sive prostrati. Postremo concludit his vel similbus verbis:	Deinde, ad catechumenos conversus, illos pariter invitat ad orandum cum silentio admonetque ut sensum paenitentiae etiam corporaliter exprimant sive inclinati, sive genus flectentes. Postremo concludit his vel similbus verbis:
Electi (electae) Dei, flectite genua et orate. vel: Electi (electae) Dei, inclinate vos et orate. vel: Electi (electae) Dei, prosternite vos et orate.	Electi (electae) Dei, flectite genua et orate. vel: Electi (electae) Dei, inclinate vos et orate. vel: Electi (electae) Dei, prosternite vos et orate.	Electi (electae) Dei, flectite genua et orate. vel: Electi (electae) Dei, inclinate vos et orate. vel: Electi (electae) Dei, prosternite vos et orate.	Electi Dei, capita inclinantes (vel: genua flectentes; vel: prostrati), orate.	Electi Dei, capita inclinantes (vel: genua flectentes), orate.
				Tunc electi se inclinant vel genua flectunt.
			Et silentio facto, omnes orant per aliquod tempus.	Et omnes orant per aliquod tempus cum silentio.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
57. Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas), ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus est, super eum extendat) usque ad finem litaniae subsequentis. Tunc dicit his vel similibus verbis: Oremus pro his electis et imploremus super eos (eas) misericordiam Dei et Domini nostri. Prosequitur diaconus: Ut det eis cor novum, et spiritum rectum innovet in visceribus eorum (earum), Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut mundet eos (eas) ab omni inquinamento carnis et spiritus, Dominum precemur. Omnes: xaudi, Domine. Diac: Ut confirmet fidem in animis eorum (earum), Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut inducat eos (eas) in omnen plenitudinem veritatis, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut et ipsi (ipsae) per lavacrum regenerationis inveniantur in Christo Iesu Dominum nostro, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	57. [Litania pro electis] – Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas), ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus est, super eum extendant) usque ad finem litaniae subsequentis. Tum dicit his vel similibus verbis: Oremus pro his electis et imploremus super eos (eas) misericordiam Dei et Domini nostri. Prosequitur diaconus: Ut det eis cor novum, et spiritum rectum innovet in visceribus eorum (earum), Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut mundet eos (eas) ab omni inquinamento carnis et spiritus, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut fidem in animis eorum (earum) confirmare dignetur, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut inducat eos (eas) in omnen plenitudinem veritatis, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut et ipsi (ipsae) per lavacrum regenerationis inveniantur in Christo Iesu Domino nostro, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	57. [Litania pro electis] – Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas), ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus est, super eum extendant) usque ad finem litaniae subsequentis. Tum dicit his vel similibus verbis: Oremus pro his electis et imploremus super eos (eas) misericordiam Dei et Domini nostri. Prosequitur diaconus: Ut det eis cor novum, et spiritum rectum innovet in visceribus eorum (earum), Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut mundet eos (eas) ab omni inquinamento carnis et spiritus, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut fidem in animis eorum (earum) confirmare dignetur, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut inducat eos (eas) in omnen plenitudinem veritatis, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut et ipsi (ipsae) per lavacrum regenerationis inveniantur in Christo Iesu Domino nostro, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	107. (Litania pro electis) – Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas), ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus sit, super eum extendant) usque ad finem litaniae. Cel: Oremus pro his catechumenis, quos ex mundo elegit Deus ut in ipso sancti maneant et de verbis vitae aeternae strenuum et liberum testimonium reddant. Lector: Ut veritate Christi fidentes, animae et corda eorum magis ac magis roborentur, Dominum deprecemur. Omnes: Exaudi, Domine. Lector: Ut stultitiam et sapientiam crucis contemplantes, gloriari valeant in Deo qui sapientes confundit, D.d. Ut in dies spiritualiores effecti, sensum Christi obtineant, D.d. Ut, Evangelio firmati, ex peccato mundi huius amplius non turbentur, D.d. Ut sapientes a Christo facti, quae sunt vera, iusta, sancta et amabilia iudicare et retinere valeant, D.d. Ut, adveniente Spiritu Sancto, timores et dubia eorum in virtutem et fiduciam certam convertantur, D.d. Ut, fide viva ardentes, perfectam mentis et cordis libertatem obtineant et in perpetuum conservent, D.d.	177. (Litania pro electis) – Absoluta oratione, celebrans invitat patrinos et matrinas ut dexteram humero uniuscuiusque electi imponant usque ad finem litaniae sequentis. Deinde ait: Cel: Oremus pro his catechumenis, quos ex mundo elegit Deus ut in ipso sancti maneant et de verbis vitae aeternae validum reddant testimonium. Lector: Ut ipsi, veritate Christi fidentes, libertatem mentis et cordis obtineant et perpetuo conservant, D.d. Omnes: Exaudi, Domine. Lector: Ut sapientiam crucis contemplantes, gloriari queant in Deo , qui sapientiam huius saeculi confundit, D.d. Ut, in virtute Spiritus Sancti liberati a timore in fiduciam convertantur, D.d. Ut homines spirituales effecti, quae sunt iusta et sancta probare incipiant, D.d.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
			Ut catechumeni omnes et baptizati, qui pro Christi nomine persecutionem patiuntur, in certamine et sacrificio caelitus adiuventur, D.d. Ut in dies spiritualiores effecti, sensum Christi obtineant, D.d. Ut familiae, civitates et populi, qui in fide amplectenda impediuntur, libertatem credendi Evangelio donentur, D.d. Ut numquam, commodo proprio et voluptate aut temporibus victi, summam fidei dignitatemque Ecclesiae prodere admittamus, D.d. Ut in virtute mysterii paschalis mundus, a Patre dilectus, a Christo illuminatus et a Spiritu Sancto perfusus, ad suam veram et plenam in Ecclesia mensuram pervenire valeat, D.d. Pro adiunctis, licet invocationes accommodare vel alias etiam addere.	Ut omnes, qui pro Christi nomine persecutionem patiuntur, ab ipso adiuventur, D.d. Ut familiae et populi, qui a fide amplectenda deterrentur, libertate credendi Evangelio donentur, D.d. Ut nos, mundi experientia exerciti, evangelico spiritui fideles maneamus, D.d. Ut mundus universus, a Patre dilectus, ad plenam spiritulameque in Ecclesia libertatem accedere valeat, D.d. Alia forma litaniae invenietur n. 389 Appendicis. *389. Ad n. 177: Forma altera litaniae pro secundo scrutinio:* *Ut, fugatis umbris, Deus in cordibus electorum nostrorum ipse illucescat, D.d.* *Ut ipse eos ad Christum suum, lumen huius mundi factum, adducat, D.d.* *Ut electi nostri, corda sua aperientes, illum confiteantur principem luminis et testem divinae veritatis, D.d.* *Ut ab illo sanati ab incredulitate huius mundi serventur, D.d.*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				Ut ab illo salvati, qui tollit peccatum mundi, ab huius peccati contagione et pressura liberentur, D.d. *Ut a Spiritu Sancto illuminati, Evangelium salutis, indesinenter profiteantur ceterisque tradant, D.d.* *Ut nos omnes, morum exemplo nostrorum, lux mundi et ipsi in Christo inveniamur, D.d.* *Ut omnes terrae habitatores verum Deum, creatorem omnium agnoscant, qui nobis hominibus spiritum et vitam largitur, D.d.*
58. Exorcismus – Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Deus caeli, Deus terrae, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus omnium viventium, Deus qui scrutaris renes et corda, qui omnes homines vis salvos fieri: te invoco, Domine, super hos servos tuos N., N., N. et has ancillas tuas N., N., N.: da eis cor novum et spiritum novum, ut iam a maligno non seducti (seductae), accipiant scientiam salutis et reformentur in novitate sensus sui. Diaconus: Surgite et orate.	58. [Exorcismus] – Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Deus caeli, Deus terrae, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus omnium viventium, Deus qui scrutaris renes et corda, qui omnes homines vis salvos fieri: te invoco, Domine, super hos servos tuos N., N., N. et has ancillas tuas N., N., N.: da eis cor novum et spiritum novum, ut iam a maligni fraude non seducti (seductae), scientiam salutis accipiant et in novitate sensus sui reformentur. Diaconus: Surgite et orate.	58. [Exorcismus] – Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Deus caeli, Deus terrae, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus omnium viventium, Deus qui scrutaris renes et corda, qui omnes homines vis salvos fieri: te invoco, Domine, super hos servos tuos N., N., N. et has ancillas tuas N., N., N.: da eis cor novum et spiritum novum, ut iam a maligni fraude non seducti (seductae), scientiam salutis accipiant et in novitate sensus sui reformentur. Diaconus: Surgite et orate.	108. (Exorcismus) – Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Luminum Pater, qui inter tenebras Verbum tuum revelasti, ut ad te accedant qui ardenti veritatis amore flagrant, hos respiciens catechumenos adiuva. A peccato mundi huius pro tua benignitate, salventur; incredulorum contagione adversariorumque metu ne deficiant. Potenti manu tua ab auctore mendacii, qui mentes infidelium obcaecat, libera eos et custodi. Timere desinant ne pro Christo testantes infamiae nota foedentur. Neve formident a sociis amicisque reiici; sed, sicut ille caecus, a synagoga separatus, fidem confiteri non dubitavit, ipsi etiam credere audeant ut Evangelio illuminati populo tuo aggregari mereantur. Diaconus: Surgite et orate.	178. (Exorcismus) – Post litaniam, celebrans , ad electos conversus , dicit , manibus iunctis: Luminum Pater, qui inter tenebras Verbum tuum revelasti, ut ad te accedant qui veritatis amore flagrant, hos respiciens electos adiuva. A peccato mundi huius pro tua benignitate, salventur; incredulorum contagione ne deficiant. Potenti manu tua ab auctore mendacii, qui mentes hominum obcaecat, libera eos et custodi. Timere desinant ne testantes pro Christo despiciantur . Neve formident a sociis amicisque reiici; sed, sicut ille caecus, a synagoga separatus, fidem confiteri non dubitavit, ipsi etiam credere audeant ut Evangelio illuminati populo tuo aggregari mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Electi: Amen. Pro opportunitate, omnes surgunt.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
Celebrans, manibus iunctis, dicit: Exorcizo te, maligne spiritus, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, ut recedas nec iam hos famulos Dei N., N., N. et famulas N., N., N. fallacia tua excaecare audeas. Ipse enim tibi imperat, qui dixit de tenebris lucem splendescere, et caeco nato oculos aperuit, ut et nos credamus in filium Dei.	Celebrans, manibus iunctis, dicit: Exorcizo te, maligne spiritus, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, ut recedas nec iam hos famulos Dei N., N., N. et famulas N., N., N. fallacia tua audeas excaecare. Ipse enim tibi imperat, qui dixit de tenebris lucem splendescere, et caeco nato oculos aperuit, ut et nos	Celebrans, manibus iunctis, dicit: Exorcizo te, maligne spiritus, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, ut recedas nec iam hos famulos Dei N., N. et famulas N., N. fallacia tua audeas excaecare. Ipse enim tibi imperat, qui dixit de tenebris lucem splendescere, et caeco nato oculos aperuit, ut et nos in Filium Dei credamus.	Celebrans, manibus iunctis, pergit dicens: Domine Iesu, claritas Dei homines illuminans, verba vitae aeternae solus habes. Ad te accedunt isti, qui mundum, a te redemptum diligentes, tibi adversum formidant plenamque ex veritate flagitant libertatem. Da eis hodie elatam fidem, quae scandalum crucis superet mundumque devinciens instauret, Oculos aperi, pusillanimes incita, nutantes dirige, dubios collutra, fluctuantes extolle, omnes in Ecclesia aedifica. Virtute nominis tui, in quo solo data est salus, interveni hodie et libera. Principis incredulitatis confunde mendacium. Fuga diaboli tenebras animosque robora: innova cordibus verba tua et signa. Spiritum Sanctum etiam demittas, qui mundum coarguat, ut isti, fide confirmati, te profiteantur Deum et adorent.	Deinde unicuique electo, si commode fieri potest, celebrans manum silentio imponit. Postea , manibus extensis super electos, celebrans pergit : Domine Iesu, claritas Dei homines illuminans, verba vitae aeternae solus habes. Ad te accedunt isti, qui plenam a te flagitant ex veritate libertatem. Da eis hodie excelsam fidem, quae scandalum crucis superare valeat . Oculos aperi, pusillanimes incita, nutantes dirige, dubios collutra, fluctuantes extolle, omnes in Ecclesia aedifica. Virtute nominis tui, in quo solo data est salus, interveni hodie et libera. Principis incredulitatis confunde mendacium. Fuga diaboli tenebras animosque robora: . Spiritum Sanctum etiam effundas, qui mundum coarguat, ut isti, fide confirmati, te profiteantur Deum et adorent. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Electi: Amen.
Deinde, si commode fieri potest, celebrans unicuique electo manum sub silentio imponit.	Deinde, si commode fieri potest, celebrans unicuique electo manum sub silentio imponit.	Deinde, si commode fieri potest, celebrans unicuique electo manum sub silentio imponit.	Deinde, unicuique electo, si commode fieri potest, celebrans manum in silentio imponit.	Aliae formae exorcismi ad libitum inveniuntur nn. 390-391 Appendicis. Pro opportunitate cantatur cantus aptus, qui seligetur v.g. inter Psalmos 6, 25, 31, 37-39, 50, 114, 129, 138, 141.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				390. Ad n. 178: Forma altera exorcismi pro secundo scrutinio: *Deus lumen indeficiens et pater luminum, qui per Christi tui mortem et resurrectionem tenebras mendacii et odii exturbasti et lucem veritatis et amoris in familiam humanam effudisti: concede, quaesumus, ut electi tui, quos inter filios adoptionis vocasti, a tenebris ad claritatem transire valeant et, ab omni potestate principis tenebrarum liberati, filii lucis indesinenter maneant. Per Christum.* *Domine Iesu, qui ipse baptizatus de caelis apertis accepisti Spiritum Sanctum ut in eo pauperes evangelizares et caecis vism restitueres: hunc Spiritum effunde in eos, qui sacramenta tua cupiunt, ut a contagione erroris, dubii et incredulitatis praeservati rectaque fide ducti oculis sanatis et erectis te contemplari valeant. Qui vivis.*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				391. Ad n. 178 (iterum): Forma tertia exorcismi pro secundo exorcismo: *Clementissime Pater, qui caeco nato dedisti ut in Filium tum crederet et per hanc fidem ad regnum luminis tui accederet: fac ut electi et electae tuae, hic praesentes, liberentur a fallaciis, quibus circumventi obcaecantur, eisque concede ut firmiter in veritate radicati, filii lucis efficiantur et in perpetuum remaneant. Per Christum.* *Domine Iesu, lux vera, quae omnem illuminas hominem et regnum tenebrarum evertis, libera, per Spiritum veritatis, omnes qui sub iugo patris mendacii vexantur: et in iis, quos ad sacramenta tua elegisti, suscita bonam voluntatem, ut, luminis tui gaudio fruentes, sicut caecus ad claritatem olim restitutus, fidei testes firmi et impavidi evadant. Qui vivis et regnas.*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
59. Tunc celebrans dicit manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, Sancte Pater, Omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., N. et has famulas tuas N., N., N., ut digneris eos (eas) illuminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	59. [Oratio super electos] – Tunc celebrans dicit manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, Sancte Pater, Omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., N. et has famulas tuas N., N., N., ut digneris eos (eas) illuminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum sanctamque doctrinam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	59. [Oratio super electos] – Tunc celebrans dicit manibus super electos extensis: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, Sancte Pater, Omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N. et has famulas tuas N., N., ut digneris eos (eas) illuminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum sanctamque doctrinam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen.	109. (Oratio super electos) – Tunc celebrans , manibus iterum super electos extensis , ait: Oremus. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine, Sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, fons luminis et veritatis, super hos famulos tuos N., N., et N. et has famulas tuas N., N., et N., ut digneris eos (eas) illuminare lumine intellegentiae tuae: munda eos (eas) et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (dignae) efficantur accedere ad gratiam baptismi, teneant firmam spem, consilium rectum sanctamque doctrinam. Per Christum Dominum nostrum. Omnes: Amen. Forma altera Oremus Pater sancte et clementissime, qui, novissima et antiqua conspiciens, hos catechumenos manibus tuis formasti, ex utero matris suscepisti t goria tua obumbratos ad Christum vocasti: hodie, dum corda eorum in occulto probans mirabiliter purificasti, Christum etiam traditum quaerentes eos vidisti. Servet eos iterum in mundo manus tua et, consilium tuum ad finem perducens, praesta ut, testimonio Sancti Spiritus roborati et Christo indefectibiliter adhaerentes, inter perfectos disipulos in terris ascribantur et Christi ipsius suffragium in caelesti Ecclesia coram te audire laetentur. Omnes: Amen.	

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
60. Si dimittendi sunt electi, celebrans dicat: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen.	60. [Dimissio electorum] – Si dimittendi sunt electi, celebrans dicat: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen.	60. [Dimissio electorum] – Si dimittendi sunt electi, celebrans dicat: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen.	110. (Dimissio electorum) – Postea celebrans catechumenos dimittit, dicens: Ite in pace et Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen. Electi exeunt. Si autem propter graviores rationes exire nequeant, fiat sicut in Ordine ad catechumenos faciendos n. 28.	179. (Dimissio electorum) – Postea celebrans catechumenos dimittit, dicens: Ite in pace et ad proximum scrutinium conveniatis. Dominus sit semper vobiscum. Electi: Amen. Electi exeunt. Si autem propter graviores rationes, nequeant, fiat sicut in ordine ad catechumenos faciendos n. 95.
61. Postquam recesserint catechumeni et electi, liturgia prosequitur cum oratione communi pro universalis Ecclesiae necessitatibus et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium. Infra Actionem memento fiat de patrinis; insuper electi in Hanc igitur oblationem nominentur.	61. [De eucharistia subsequenti] – Postquam recesserint catechumeni et electi, liturgia prosequitur cum oratione communi pro universalis Ecclesiae necessitatibus et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium. Infra Actionem Memento fiat de patrinis; insuper electi in Hanc igitur oblationem nominentur.	61. [De eucharistia subsequenti] – Postquam recesserint catechumeni et electi, liturgia prosequitur cum oratione communi pro universalis Ecclesiae necessitatibus et cantatur, si casus fert, Credo et fit offertorium. Infra Actionem Memento fiat de patrinis; insuper electi in Hanc igitur oblationem nominentur.	111. (De eucharistia subsequenti) – Postquam electi dimissi sunt, Eucharistia celebratur, fidelibus ibidem in ecclesia manentibus. Si non est dominica nec in ecclesia celebrata sunt scrutinia, fideles, pro opportunitate, in ecclesiam vel in alium locum aptum transire possunt ad Eucharisticam. Cantatur Credo et fit oratio universalis fidelium. Attamen extra dominicam omitti possunt Credo et oratio universalis. Quo in casu addatur in litania sub n. 99 petitio consueta pro necessitatibus Ecclesiae et totius mundi (Cf. n. 26). Infra Actionem Memento fiat de patrinis; praeterea electi in Hanc igitur nominentur. (Memento speciale in Gel. 195; Hanc igitur in Gel. 196-197).	180. Cf. supra n. 173. *(Eucharistia subsequens) – Postquam electi recesserunt, fidelibus ibidem in ecclesia manentibus, Eucharistia celebratur. Si autem non est dominica nec in ecclesia celebrata sunt scrutinia, fideles, pro opportunitate, in ecclesiam vel in alium locum aptum transire possunt ad Eucharisticam.* *Omittere licet Credo orationem universalem. (cf. n. 93). Infra Actionem Memento fiat de patrinis (cf. Appendicem, n. 381); Electi autem nominentur in Hanc igitur (ibidem, n. 382). Licet etiam precem eucharisticam 2am, 3am et 4am usurpare, cum insertis, quae in Appendice exhibentur (n. 383).*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
De III° scrutinio	De III° scrutinio	De III° scrutinio	§ 3. TERTIUM SCRUTINIUM 112. In tertio seu ultimo scrutinio proponitur eschatologicus aspectus mysterii peccati seu fructus et consectaria eius, id est mortis ipsius mysterium: quo themate mortis et resurrectionis Lazari illustratur. Scrutinio sic instructo ponderatur usque ad extrema grave momentum peccati; in plena luce venit spes christianorum et augetur fides electorum in untima verba Symboli ("in resurrectionem mortuorum et vitam aeternam"). Catecumeni igitur gratiores erunt pro electione sua et profundius intellegent significationem Baptismi, qui nihil aliud est nisi participatio Christi mortis et resurrectionis.	§ 3. TERTIUM SCRUTINIUM
				181. Tertium scrutinium celebratur in 4a dominica Quadragesimae cum formulario, quod invenitur in Appendice: lectiones (n. 392), orationes (n. 393), Memento de patrinis (n. 381) et Hanc igitus pro electis (n. 382). *392. Ad n. 181: Lectiones pro tertio scrutinio:* *[cf. Ordinem lectionum Missae n. 34]*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				393. Ad n. 181 (iterum): Orationes pro eodem 3° scrutinio: *Coll: Concede, Domine, electis nostris, ut sanctis edocti mysteriis et renoventur fonte baptismatis et inter ecclesiae tuae membra numerentur. Per Dominum.* *Super obl: Exaudi nos, omnipotens Deus, et famulos tuos, suos fidei christianae primitiis imbuisti, huius sacrificii tribuas operatione mundare. Per Christum.* *Post Com: Concurrat, Domine, quaesumus, populus tus et toto tibi corde subiectus obtineat, ut ab omni perturbatione securus et salvationis suae gaudia promptus exerceat et pro regenerandis benignos exoret. Per Christum.*
			113. (Homilia) – Sicut in primis scrutiniis celebrans, lectiones Scripturae enarrans (Gen 22. 1-2 + 9-12; Hebr 11. 1 + 17-19; Ioan 11. 1-45), tertium scrutinium tum intra liturgiam quadragesimalem tum in itinere electorum collocat et	182. (Homilia) – In homilia celebrans, e lectiones Scripturae sacrae procedens, tertium scrutinium tum intra liturgiam quadragesimalem tum in itinere spirituali electorum collocat et exponit.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
62. Proceditur ut in primo scrutinio. Post homiliam, electi se disponunt coram celebrante cum patrinis (et matrinis) suis. Tunc dicit celebrans super electos stantes: Electi (electae) Dei, flectite genua et orate. vel: Electi (electae) Dei, inclinate vos et orate. vel: Electi (electae) Dei, prosternite vos et orate.	62. [Oratio in silentio] – Proceditur ut in primo scrutinio. Post homiliam, electi se disponunt coram celebrante cum patrinis (et matrinis) suis. Tunc dicit celebrans super electos stantes: Electi (electae) Dei, flectite genua et orate. vel: Electi (electae) Dei, inclinate vos et orate. vel: Electi (electae) Dei, prosternite vos et orate.	62. [Oratio in silentio] – Proceditur ut in primo scrutinio. Post homiliam, electi se disponunt coram celebrante cum patrinis (et matrinis) suis. Tunc dicit celebrans super electos stantes: Electi (electae) Dei, flectite genua et orate. vel: Electi (electae) Dei, inclinate vos et orate. vel: Electi (electae) Dei, prosternite vos et orate.	114. (Oratio in silentio) – Post homiliam celebrans, catechistis pro opportunitate circumdatus et fideles primo respiciens, invitat eos ut silentio orent, pro Ecclesia impetrantes spiritum paenitentiae, sensum mysterii peccati et mortis necnon filiorum Dei spem in vitam aeternam. Deinde ad catechumenos conversus, illos pariter invitat ad orandum in silentio admonetque ut sensum paenitentiae etiam corporaliter exprimant sive inclinati, sive genua flectentes sive prostrati. Potremo concludit his vel similibus verbis: Electi Dei, capita inclinantes (vel: genua flectentes; vel: prostrati), orate. Et silentio facto, omnes orant per aliquod tempus.	183. (Oratio in silentio) – Post homiliam electi cum patrinis et matrinis se collocant coram celebrante. Qui, fideles primo respiciens, invitat eos ut silentio orent pro Ecclesia impetrantes spiritum paenitentiae, sensum mysterii peccati et mortis necnon filiorum Dei spem in vitam aeternam. Deinde ad catechumenos conversus, illos pariter invitat ad orandum cum silentio admonetqueque ut sensum paenitentiae etiam corporaliter exprimant sive inclinati, sive genua flectentes. Potremo concludit his vel similibus verbis: Electi Dei, capita inclinantes (vel: genua flectentes), orate. Tunc electi se inclinant vel genua flectunt.
63. Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas) ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus est, super eum extendant) usque ad finem litaniae subsequentis. Tunc dicit his vel similibus verbis: Oremus pro his electis et imploremus super eos (eas) misericordiam Dei et Domini nostri.	63. [Litania pro electis] – Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas) ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus sit, super eum extendant) usque ad finem litaniae subsequentis. Tunc dicit his vel similibus verbis: Oremus pro his electis et imploremus super eos (eas) misericordiam Dei et Domini nostri.	63. [Litania pro electis] – Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas) ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus sit, super eum extendant) usque ad finem litaniae subsequentis. Tunc dicit his vel similibus verbis: Oremus pro his electis et imploremus super eos (eas) misericordiam Dei et Domini nostri.	115. (Litania pro electis) – Oratione in silentio completa, celebrans invitat patrinos (et matrinas) ut dexteram humero cuiusvis electi imponant (vel, si prostratus sit, super eum extendant) usque ad finem litaniae subsequentis. Cel: Oremus pro his catechumenis quos elegit Deus ut, morti et resurrectioni Christi conformes effecti, remendum mortis mysterium gratia Baptismi mente et re superare valeant.	184. (Litania pro electis) – Absoluta oratione, celebrans invitat patrinos et matrinas ut dexteram humero uniuscuiusque electi imponant usque ad finem litaniae subsequentis. Deinde ait: Cel: Oremus pro his catechumenis quos elegit Deus ut, morti et resurrectioni Christi conformes effecti, mortis acerbam sortem gratia sacramentorum superare valeant.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
Prosequitur diaconus: Ut dignos eos (dignas eas) faciat, qui (quae) baptismate sepulti (sepultae) in christi mortem, cum ipso resurgant, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut mortui (mortuae) peccato, in Christo vivant, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut erudiat eos (eas) in cognitione divinae sapientiae, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut crescat in eis desiderium baptismi, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Prosequitur diaconus: Ut dignos eos (dignas eas) faciat, qui (quae) in Christi mortem sepulti baptismate, cum ipso resurgere mereantur, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut mortui (mortuae) peccato, in Christo vivant, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut benignus erudiat eos (eas) in cognitione divinae sapientiae, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut augeat in eis baptismi desiderium , Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	Prosequitur diaconus: Ut dignos eos (dignas eas) faciat, qui (quae) per baptismum, consepulti cum Christi, cum ipso resurgere mereantur, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac:\ Ut mortui (mortuae) peccato, in Christo vivant, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut benignus erudiat eos (eas) in cognitione divinae sapientiae, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine. Diac: Ut augeat in eis baptismi desiderium, Dominum precemur. Omnes: Exaudi, Domine.	*Lector:Ut adversus quaslibet novas et antiquas materialismi formas fide et ratione roborentur, Dominum deprecemur.* Lector: Ut grati maneant quod, a gentibus spe aeterna orbis electione sua erepti, salvi facti sunt, Dominum deprecemur. Omnes: Exaudi, Domine. Lector: Ut adversus quaslibet novas et antiquas materialismi formas fide et ratione roborentur, Dominum deprecemur. Ut exemplo et intercessione catechumenorum qui pro Christo sanguinem fuderunt, in spem vitae aeternae erigantur, Dominum deprecemur. Ut nos, annuo reditu paschalium sollemnitatum in spe resurgendi cum Christo firmemur, Dominum deprecemur. Ut ii omnes, qui parentum et amicorum morte afflicti sunt, Christum respiciant, vitae et resurrectionis auctorem, Dominum deprecemur. Ut familiae, civitates et populi, qui mortiferis bellis iniuste absumuntur, in Christo spem suam convertant, Dominum deprecemur. Ut a peccato, quo, prodita caritate, vita funditus evertitur, universi abhorreant, Dominum deprecemur. *Ut mors illorum, qui pro Christo vitam suam amittunt, certa spe illam inveniendi in ipso recreetur, Dominum deprecemur.*	Lector: Ut ipsi adversus quaslibet mundi fallacias fide roborentur, D.d. Omnes: Exaudi, Domine. Lector: Ut grati maneant quod, ab ignorantia spei aeternae Dei electione erepti, viam salutis ingressi sunt, D.d. *Lector: Ut ipsi adversus quaslibet mundi fallacias fide roborentur, D.d.* Ut exemplo et intercessione catechumenorum, qui pro Christo sanguinem fuderunt, in spem vitae aeternae erigantur, D.d. *Ut nos ipsi, redeuntibus paschalibus sollemnitatibus spe resurgendi cum Christo firmemur, D.d.* *Ut omnes qui a patria et possessionibus suis iniuste spoliantur, in Christo spem suam convertant, Dominum deprecemur.* Ut a peccato, quo vita evertitur, omnes abhorreant, D.d. Ut qui morte suorum affliguntur, consolationem in Christo inveniant, D.d.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
			Ut familiae, civitates et populi, qui mortiferis bellis iniuste absumuntur, in Christo spem suam convertant, Dominum deprecemur. Ut Christi exemplo illuminati, vitam dare praeponamus, ut proximo nostro salutem afferamus, Dominun deprecemur. Ut mors illorum, qui pro Christo vitam suam amittunt, certa spe illam inveniendi in ipso recreetur, Dominum deprecemur. *Ut nos, annuo reditu paschalium sollemnitatum in spe resurgendi cum Christo firmemur, Dominum deprecemur.* Ut mundus univerus, a Deo creatus, detrimentum animarum nunquam comparetur, sed profectu fidei et caritatis augeatur, Dominum deprecemur. Pro adiunctis, licet invocationes accomodare vel alias etiam addere.	Ut omnes qui a patria et possessionibus suis iniuste spoliantur, in Christo spem suam convertant, Dominum deprecemur. Ut nos ipsi, redeuntibus paschalibus sollemnitatibus spe resurgendi cum Christo firmemur, D.d. Ut mundus univerus profectu fidei et caritatis christianae abundatiorem vitam accipiat, D.d. Pro variis adiunctis, licet admonitionem celebrantis et invocationes. Alia forma litaniae invenietur n. 394. Appendicis. *394. Ad n. 184: Forma altera litaniae ad libitum pro 3° scrutinio:* *Ut his electis fides donentur, qua Christum resurrectionem et vitam esse fateantur, D.d.* *Ut a peccatis liberati fructum habeant in sanctificationem et vitam aeternam, D.d.* *Ut solutis per paenitentiam vinculis peccati, Christo conformes per Baptismum evadant et, peccato mortui, Deo semper vivant, D.d.* *Ut vivificantis Spiritus spem habentes, ad renovationem vitae strenue se disponant, D.d.*

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
				Ut per cibum eucharisticum, quem proxime gustabunt, ipso auctore vitae et resurrectionis socientur, D.d. *Ut omnes terrae habitatores, Christum invenientes, in ipso promissiones vitae aeterne agnoscant, D.d.*
Exorcismus 64. Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Oremus. Deus, immortale praesidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco super hos famulos tuos N., N., N. et has famulas tuas N., N., N., qui (quae) baptismi tui donum petentes, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderant, ut, consepulti (consepultae) cum Christo per baptismum in mortem, participes efficiantur resurrectionis eius, et novum hominem induentes, promissa tui muneris regna percipiant.	Exorcismus 64. Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Oremus. Deus, immortale praesidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco super hos famulos tuos N., N., N. et has famulas tuas N., N., N., qui (quae) baptismi tui donum petentes, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderant, ut, consepulti (consepultae) cum Christo per baptismum in mortem, participes efficiantur resurrectionis eius, et novum hominem induentes, promissa tui muneris regna percipiant.	Exorcismus 64. Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Oremus. Deus, immortale praesidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco super hos famulos tuos N., N. et has famulas tuas N., N., qui (quae) baptismi tui donum petentes, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderant, ut, consepulti (consepultae) cum Christo per baptismum in mortem, participes efficiantur resurrectionis eius, et novum hominem induentes, promissa tui muneris regna percipiant.	116. (Exorcismus) – Celebrans, manibus super electos extensis, dicit: Oremus. Auctor vitae et restitutor, Pater, qui nos ut in perpetuum viveremus creasti propriumque Filium tradidisti ut tuam in ipso vitam reciperemus, his catechumenis aperi consilii tui pietatem: mortem ostendas, a tua caritate peregrinam, ob peccatum in homines pertransire. Peccatum fateantur mortis esse stimulum; mortem agnoscant peccati stipendium; Christum glorificent iniquitatis mortisque triumphatorem. Tu ergo, Pater, Deus universae carnis, hos famulos a sequelis vinculisque delictorum eripe. Salva eos a diabolo, qui de praeda peccati mortisque imperio regnum sibi usurpavit. Et vocem Filii tui exaudiens, erige eos, sicut Lazarum in vitam, ut Ecclesia tibi laudes referat.	185. (Exorcismus) – Post litaniam, celebrans, ad electos conversus dicit , manibus iunctis: Oremus. Auctor vitae et restitutor, Pater, qui nos ut in perpetuum viveremus creasti propriumque Filium tradidisti ut tuam in ipso vitam reciperemus, his catechumenis aperi consilii tui pietatem: mortem ostendas non ex voluntate tua, sed ob peccatum in homines pertransire. Peccatum fateantur mortis esse stimulum; mortem agnoscant peccati stipendium; Christum glorificent iniquitatis mortisque triumphatorem. Tu ergo, Pater, Deus universae carnis, hos famulos a sequelis vinculisque delictorum eripe. Salva eos a diabolo, qui de praeda peccati mortisque imperio regnum sibi usurpavit. Et vocem Filii tui exaudiens, erige eos, sicut Lazarum in vitam, ut Ecclesia tibi laudes referat.

S-112	S-125	S-147	S-344	S-352
Diaconus: Surgite et orate.	Diaconus: Surgite et orate.	Diaconus: Surgite et orate.	Diaconus: Surgite et orate.	Pro opportunitate, omnes surgunt. Deinde unicuique electo, si commode fieri potest, celebrans manum silentio imponit.
Celebrans, manibus iunctis, dicit: Exorcizo te, maligne spiritus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut recedas nec amplius hos famulos Dei N., N., N. et famulas N., N., N. in viam mortis inducas. Ipse enim tibi imperat, qui Lazarum de monumento suscitavit et, destruens mortis imperium, sua nos resurrectione liberavit.	Celebrans, manibus iunctis, dicit: Exorcizo te, maligne spiritus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut recedas nec amplius hos famulos Dei N., N., N. et famulas N., N., N. in viam mortis inducas. Ipse enim tibi imperat, qui Lazarum de monumento suscitavit et, destruens mortis imperium, sua nos resurrectione liberavit.	Celebrans, manibus iunctis, dicit: Exorcizo te, maligne spiritus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut recedas nec amplius hos famulos Dei N., N. et famulas N., N. in viam mortis inducas. Ipse enim tibi imperat, qui Lazarum de monumento suscitavit et, destruens mortis imperium, sua nos resurrectione liberavit.	Celebrans, manibus iunctis pergit dicens: Domine Iesu, in cruce et resurrectione tua mirifice mors et vita osculatae sunt, et nunc, apud Patrem regnans, aeternaliter vivis. Hos ergo, supplices, inter vitae et mortis casus exspectantes te catechumenos providus respice. Ipsorum erit, te auxiliante, nativitatis pretium temporisque momentum ponderare, ut divina in omnibus vita praevaleat. Da ut probe videant, recte iudicent, in fide decernant. Praesta ut malis renuntient: instar discipulorum tuorum vivant morique admittant. Sapientia in ipsis evangelica auctoritatem obtineat. Tu proinde, in virtute tui nominis, cui mors et inferni subduntur, praesto sis hodei et impera. Sublatisque perditionis potestatibus, diabolum reprime. Et antequam morti auferas potentiam, vivificum ubique profundas Spiritum, ut homines incorruptae semina vitae universi accipiant.	Postea, manibus extensis super electos, celebrans pergit: Domine Iesu, in cruce moriens mortem vicisti, et nunc, apud Patrem regnans, aeternaliter vivis. Hos ergo, supplices, inter vitae et mortis casus exspectantes te, electos providus respice. Ipsorum erit, te auxiliante, tempus sibi concessum ponderare, ut divina in omnibus vita praevaleat. Da ut probe videant, recte iudicent, in fide decernant. Praesta ut malis renuntient: ad instar disipulorum tuorum vivant mortem que accipiant. Sapientia in ipsis regnet evangelica. Tu proinde, in virtute tui nominis, cui mors et inferni subduntur, praesto sis hodei et impera. Sublatis perditionis potestatibus, diabolum reprime. Et antequam morti auferas potentiam, vivificum ubique profundas Spiritum, ut homines semina vitae universi accipiant. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.
				Electi: Amen.
